DE
FABULA APULEIANA
QUAE EST DE
PSYCHA ET CUPIDINE.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI
RITE IMPETRANDOS
SCRIPSIT

GUALTERUS SCHALLER
GLAUCHAVIENSIS.

LIPSIAE
TYPIS HALLBERGI & BUECHTINGI
MCMI.

MATHILDAE SCHALLER

MATRIS DILECTISSIMAE

PIIS MANIBUS

S.

Tabula argumenti.

Caput primum.

Exordium.

Quae sit natura fabulae Apuleianae, qua Psychae et Cupidinis amores narrantur[1]), permulti viri docti quaesiverunt; sed dubito, an id, quod comprobare studuerunt, non tale sit, in quo acquiescamus. Fulgentius Planciades[2]) quidem primus, quoad comperimus, fabulae interpres Apulei narrationem ita intellegendam esse arbitratur, ut „civitas quaedam"[3]) posita sit in modum mundi, Venus in modum libidinis, tres filiae quasi caro, ultronietas, anima; ceteraque similiter.[4]) Nec dissimili ratione[5]) interpretandi omnes fere viri docti, qui usque ad alteram undevicesimi saeculi partem pauloque post ad fabulam illam explicandam operam atque ingenium contulerunt usi sunt. Prorsus novam viam Friedlaender[6]) ingressus

---

1) Apuleius, metamorph. IV, 28—VI, 24.

2) cf. 'Apulei Psyche et Cupido ed. O. Jahn'. p. 75. (ed. IV).

3) cf. Apulei metam. IV, 28.

4) cf. 'O. Jahn, l. l.' p. 75 sq.

5) i. e. allegorica.

6) cf. 'Morgenblatt' XXXVII, 878 sqq. XXXVIII, 901 sqq. 2 programmata Regimont. 1860. 1861. Auctius vero et locupletius nonnullisque rebus se ipsum tacito stilo corrigens de Psycha et Cupidine egit in libro suo celeberrimo, qui inscribitur 'Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms' I[6], p. 522 sqq.



homine magae cuiusdam arte serpentis forma induto fabellae affixum censeamus. Legimus enim in metamorphoseon libri quinti capite vicesimo tertio haec ‚Psyche ... depromit unam de pharetra sagittam et puncto pollicis extremam aciem periclitabunda ... pupugit altius ... sic ignara Psyche sponte in Amoris incidit amorem.‘ Atque in libri sexti capite vicesimo primo haec occurrunt: ‚Cupido ... Psychen accurrit suam detersoque somno .... innoxio punctulo sagittae suae suscitat.‘ Atque deus ipse amatorius sagittis armatus ita quidem introducitur, ut multum valeat ad totius fabulae progressum constituendum. Istis locis, nisi et gravissima et aptissima mutaverimus, pro Cupidine hominem beluae cuiusdam forma coërcitum restituere non possumus. Quae cum ita sint, non licebit credere illa postmodo fabellae addita esse nec primitus[20]) in ea exstitisse. Nec multo aliter res se habet primo, quem supra laudavi, loco (metam. IV. 30. 31). Initium narrationis Apuleianae hoc fere modo fieri notum est. Venus Psychae pulchritudini invidens Cupidinem filium iubet virgini amorem infimi et extremi hominis telo inicere. Amor autem toto animo puellae amore captus avehit eam in arcem suam. Qua narratione exordium fabulae Apuleianae et simplicissimum et aptissimum fit, nihilominus Friedlaender et Cosquin id ab Apuleio cogitatione repertum et postmodo narrationi adiunctum esse arbitrantur.[21]) At quis putabit

---

20) Ut clarius perspiciatur, quid velim, paulo fusius de hac re agam. Si quis contenderit maximam capitis 31. (in metamorphoseon libro IV.) partem ab Apuleio vel ab alio scriptore additam esse, equidem non obsistam, quia ille locus a fabulae argumento non requiritur; omnes autem loci, quibus demptis fabulae argumentum corruit (velut met. VI, 21) ea ipsa de causa postmodo additi esse nequeunt.

21) De eis, quae Dietze de initio fabulae Apuleianae protulit, egi p. 40 sq.

Apuleium, quo nemo simplicitate ac natura plane explosis artificiosioribus et exquisitioribus argutiis usus est in scriptis suis componendis, tam praeclarum tamque simplex fabulae initium mente confinxisse; ac profecto, si ulla, haec certe fabulae pars narrationis propria esse videtur. Itaque Friedlaenderi sententia mihi non satis probatur. Hoc autem et Friedlaender et Cosquin procul dubio evicerunt: mira interdum similitudine nonnulla in Apulei narratione obvia concinere cum quibusdam fabellis popularibus. Quoniam autem mythicas quoque fabulas cum narratione artissimo vinculo conexas vidimus, spectandum primum est, quae ratio in narratione Apuleiana inter fabellarum popularium similitudines et fabulas mythicas intercedat.

Ac primum quidem, ut contaminationem, quam modo dixi, magis perspicue dignoscamus, quales Cupido, Psyche, Venus in Apulei fabula occurrant, spectemus. Depingit Apuleius nonnullis locis Cupidinem ut notissimum illum amoris deum; affero hos: IV.30.31 ‚puerum... pinnatum illum, qui flammis et sagittis armatus...'; V, 22—24 ‚videt omnium ferarum mitissimam dulcissimamque bestiam . . . Cupidinem formonsum deum . . .' et quae seq.; V, 29—31 ‚castiget asperrime nugonem istum, pharetram explicet, sagittas dearmet, arcum enodet, taedam deflammet . . . pinnas . . . praetotonderit'. VI, 21. 22 ‚refectisque pinnis . . . velocius provolans . . . Psychen innoxio punctulo sagittae suscitat.'

Quae cum nihil omnino miri habeant, valde puto unumquemque stupere talia legentem: ‚sed saevum atque ferum vipereumque malum', id quod occurrit in oraculi edicto Apollinis Milesii (metam. IV, 33). Quo enim iure Cupido „vipereum malum" dici potest, praesertim cum idem 'pinnis volitans' proximo versu exhibeatur?

Friedlaenderi[22]) vero explicationem, qua contendit „vipereum“ respicere ad Sapphonis verba „γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον“ [23]) admittere non possum. Nam simile illud ab angui repetitum a Sapphone excogitatum esse dilucet, ut elegans quaedam vis — quae appositis nominibus adiectivis illustratur — verbis inesset: apud Apuleium ironiae vel elegantiae nihil invenio. Itaque Apuleius hoc loco nulla translatione utitur nec verba alio modo intelligi possunt nisi hoc: Psycha revera „vipereo malo“ tradi iubetur. Quoniam autem Amor non est „vipereum malum“, vestigium quoddam statuerim, quo Psychae maritum altera quasi insuper natura[24]) in fabula Apuleiana praeditum esse certiores fimus. Neque etiam malignas Psychae sorores fortuito in id incidisse puto, ut Psychae maritum serpentem dicerent (metam. V, 17), ‚multinodis voluminibus, veneno noxio colla sanguinantem, quam vespera multi accolae redeuntem vidissent e pastu proximique fluminis vadis innatantem‘. Similiaque legimus in capite XVIII. libri V.: ‚quod si te . . . venenati serpentis amplexus delectant‘, atque in capite XX.: ‚postquam sulcatos intrahens gressus cubile solitum conscenderit, . . . nisu quam valido noxii serpentis nodum cervicis et capitis abscide[25])‘. Quibus de rebus, cum Friedlaender gravissima iam exposuerit[26]), nobis tacere licet. Serpens igitur „altera“, quam vocavi, „Amoris natura“ est. Quam bestiam nihil esse nisi hominem magi cuiusdam vel magae arte forma talis monstri ita coërcitum, ut singulis tantum

22) cf. 'Sittengesch.' I⁶, p. 540.

23) cf. 'Poët. lyr. graec. ed. Bergk' III, Sapph. fragm. 40.

24) i. e. Psychae maritus in narratione Apuleiana et Cupido et vipereum malum est.

25) Ad idem spectant haec verba (metam. V, 21) ‚in eodem corpore odit bestiam, diligit maritum.‘

26) cf. 'Friedl. l. l.' p. 540.

noctibus corpus humanum recuperaret, ex sequenti quaestione apparebit. Si enim nobiscum reputaverimus, quae res summi momenti sit in ea parte fabulae, qua Cupidinem et Psycham coniunctos videmus, de nulla opinor nos esse cogitaturos, nisi de Psychae curiositate. Ad eam incitandam sorores omnes dolos moliuntur, ad eam permulcendam Cupido dulcissima verba profundit, (quin etiam Cupido et Psycha de nulla alia re colloquentes inducuntur), ea ipsa Amor uxoris e manibus eripitur. Quia autem tota Psychae et Amoris fortuna in hac re posita est, speramus certe fore, ut et causa adsit, cur Cupido formam suam aspici vetet, et Psycha mariti conspiciendi cupidissima sit. Quorum omnium nihil legimus. Vesperi Cupido ad uxorem se confert, oriente luce avolat, ‚haec diutino tempore sic agebantur[27])'. Atque Psycha misera se condicione uti propter mariti praeceptum minime arbitratur, immo ‚novitate per assiduam consuetudinem[27])' delectatur. Quanquam autem fortasse nefas esse videtur ad dulcem hanc fabulam praecepta artis logicae transferre, tamen quia gravissima quaeque hoc loco prorsus non sibi conveniunt, facere non possum, quin has quaestiones moveam: Quid tandem futurum fuisse putas, si Psycha nocte tertia sive quarta Cupidinem oculis lustrasset? An quidnam omnino Amor Psycham celare voluit? Id potissimum timet, ne ab uxore carissima abstrahatur; sed si uxor maritum esse Cupidinem deum cognovisset, eam amore aucto aeterno etiam vinculo cum ipso coniungi cupituram fuisse apparet. Itaque Amor, quis esset, Psychae potius quam celerrime detegere debuit. — Initio fabulae Apuleianae Cupido ex sua voluntate — hoc gravissimum est — Psycham ducit; hoc loco Fortunae vel alterius numinis imperio

---

27) Metam. V, 4.

eum regi dilucet. — In omnibus fere fabellis popularibus, quas Kuhn[28]) Friedlaendero auctore collegit, belua quaedam puellam in arcem suam abducit. Noctu puellae lectum adulescens conscendit, qui, ne curiosa de forma sua scrutetur, puellam monet; adulescens autem a nescio quo mago in bestiam mutatus est; interdiu est leo vel ursus vel serpens vel alia belua, nocte homo. Qui id potissimum agit, ut auxilio castae ac modestae puellae, quam uxorem eligit, formam humanam recipiat. Hinc illud praeceptum, quo coniugem corpus suum aspicere vetat. Ne longus sim: non dubito contendere alteram, de qua supra[29]) dixi, Cupidinis naturam fluxisse e fabella quadam populari, in qua adulescens magi vel magae cuiusdam arte in serpentem mutatus illis, de quibus modo dixi, locis Cupidinis Apuleiani partes teneret. Sic — quamvis nunc quoque mirum videatur — optime intellegimus, cur Amor serpens dicatur: sic tandem tantae discrepantiae, quantas supra[30]) adumbravi, non excusari, attamen explicari possunt.

Quoniam autem in Cupidine duo diversa numina (ut ita dicam) — alterum ex Graecorum fabulis mythicis, alterum ex fabellis popularibus repetitum — coniuncta vidimus, nobis Psychae Venerisque naturam, qualem Apuleius in Amoris et Psychae fabula verbis expressit, examinantibus parum mirum videbitur, quod in illis res non multo aliter se habet atque in Cupidine.

Ac Psycha quidem primo et altero narrationis Apuleianae enuntiato regis quaedam filia natu minima est, nomine caret, pulchritudine excellit, omnibus admirationi est. Fabellam quandam popularem matribus et aniculis

---

28) Friedlaender, l. l. p. 553 sqq.

29) cf. p. 12.

30) p. 13.

decantatam ab Apuleio putares coeptam esse narrari — cum in libri quarti capite tricesimo puella Psychae nomine vocatur, in libri VI. capitibus VIII., IX. Consuetudinis, Sollicitudinis, Tristitiei cruciatibus[31]) vexatur, id quod nisi Psycham hoc loco ‚animam' (ψυχήν) fingi statuimus, mire, ne dicam inaudite, de pulcherrima filia regia dictum videtur. Tales enim ministrae Veneri a nullo alio antiquorum temporum scriptore attribuuntur. Deinde in libri sexti capite decimo sequentibusque — sicut saepissime puellis in fabellis popularibus[32]), Psychae nonnulla pensa expedienda traduntur, quorum primum in Germanorum fabella, quae est de virgine „Aschenputtel", idem fere occurrere iam Friedlaender[33]) monuit.

Jam pauca de Venere. Nonnullis locis[34]) Venerem haud ignotam amoris deam effingi videmus, at in libri VI. capitibus IX. sqq. ex Olympo rustica et rudis descendit ad infimam plebem, id quod non Veneris sed novercae malignae est (vel anus fabulosae quam Germani „Hexe" vocant?). Legimus enim in capite IX. haec: ‚Venus laetissimum cachinnum extollit et qualem solent frequenter irati caputque quatiens et ascalpens aurem dexteram...', in capite X. ‚involat eam vestemque plurifariam diloricat capilloque discisso et capite conquassato graviter affligit...', et in capite XI... ‚et frusto cibarii panis ei proiecto' ... ‚vino madens'. Postremo Cupidinem et Psycham coniunctos spectemus. Jam Friedlaender[35]) Apuleio vitio dedit, quod cum in libri V. capitibus 12, 13.

---

31) Qua in re sano iudicio usus est Zinzow, 'l. l.' p. 127; sequitur Zinzowium Dietze 'l. l.' p. 138.

32) cf. 'Friedlaender, l. l.' p. 543 sq., 557 sq., Cosquin 'l. l.' p. 227, 229, 242 sqq.

33) l. l. p. 543.

34) Metam. IV, 29 sqq., V, 28 sqq., VI, 6 sq. saepiusque.

35) cf. 'Friedlaender, l. l.' p. 546.

Psychae prolem masculum[36]) praedici finxisset, tamen in libri VI. capite 24. Voluptatem puellam nasci narravit. Illud recte allegoriae, quam novimus de Psycha et Cupidine, hoc fabellae populari merito tribuit. Quam rem si accurate explorabimus, procul dubio statuendum est ex illa allegoria Amorem novo colore esse ornatum, quem paulo magis perspicue eo loco cognoscimus, quo[37]) Venus Cupidinem filium Sobrietati castigandum traditura est. Allegoriam enim, quam de Psycha et Cupidine antiquis temporibus viguisse novimus, principio cum Graecorum fabulis mythicis non coniunctam, sed ex nonnullis Phaedri Symposiique Platonicorum locis natam esse luculenter demonstravit Otto Jahn[38]).

A Cupidine, Psycha, Venere initium feci disputandi, quod optime et clarissime duo numina in illis esse coniuncta perspicimus. Qua re ad id perducimur, ut diligentius totam fabulam Apuleianam, quomodo condita sit, spectemus. Accedit, quod prorsus singularem in modum — res est notissima[39]) — ab Apuleio Cupidinis et Psychae amores, Veneris invidia atque ira narrantur; e Graecorum vel Romanorum poëtis, scriptoribus, pictoribus, sculptoribus nullum[40]) fere invenire potes, qui fabulae Apuleianae peritus sit, quamvis capitibus et amoenissimis et quae artificis ingenio exprimantur, utique dignis valde

---

36) cf. ‚istum parvulum nostrum‘ ‚in hoc saltem parvulo.‘

37) V, 30.

38) cf. 'Ueber einige auf Eros und Psyche bezügliche Kunstwerke.' ('Berichte der sächs. Gesellsch. der Wissensch.' 1851, p. 152 sqq.).

39) cf. 'Friedlaender l. l.' p. 546.

40) Sed cf. 'Heydemann, Archaeol. Zeitung' 1869. p. 21 sq. Collignonis librum s. l. hoc loco afferre non audeo propter Furtwaengleri iudicium de illo libro in Roscheri lex. mythol. (I, 1. p. 1372. media.).

abundet[41]). Atque Friedlaendero assentior contendenti (p. 546) hoc non casu ita se habere.

Ut igitur naturam narrationis Apuleianae accuratius cognoscamus, capite II. huius dissertationis fabulam cum cognatis fabellis popularibus comparemus necesse est.

41) Nostris tempóribus innumerabilia artificia inveniuntur, quibus permultos fabulae Apuleianae locos penicillo vel caelo effictos videmus.

Caput alterum.

Fabula Apuleiana, quae est de Psycha et Cupidine, cum cognatis fabellis popularibus comparatur.

Antoquam ad id aggrediar, ut fabulam Apuleianam cum aliorum populorum fabellis popularibus comparem, excusatio mihi petenda est, quod mihi prorsus non contigit, ut omnes, quae innotuerunt[1]), cognatas fabellas in meum usum converterem. Quod vitium spero haud ita grave futurum esse. Postquam enim Friedlaender, Kuhn, Cosquin in narratione Apuleiana satis multa fabellae cuiusdam vestigia inesse demonstraverunt, nobis, ut rem quandam apud Apuleium obviam ex fabella populari haustam evincamus, non opus est centum fabellarum locos plus minusve Apuleianorum similes afferre, sed paucos consimillimos[2]). — Optimum esse duxi et Apulei et fabellarum locos verbo tenus exscribere.

Apul. metam. IV, 28. Erant in quadam civitate rex et regina. hi tres numero filias forma conspicuas habuere, sed maiores quidem natu quamvis gratissima	*Grimm*, '*Kinder- und Hausmaerchen*' *II, 133.* Es war einmal ein König, der hatte zwölf Töchter, eine immer schöner als die andre.

1) Maximám cognatarum fabellarum copiam contulit Kohler. cf. 'Der Ursprung der Melusinensage.' Lips. 1895.

2) Friedlaender quoque iusta causa totam seriem fabellarum cognatarum praetermittere sibi licere iudicat. cf. 'l. l.' p. 563.

specie, idonee tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur, at vero puellae iunioris tam praecipua tam praeclara pulchritudo — nec exprimi ac ne sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria poterat.

Cosquin 'l. l.' p. 215. („Le loup blanc."): Il était une fois un homme qui avait trois filles.

Asbjoernson et Moe, 'Norwegische Volksmaerchen', II, 11. p. 102. Aber am schönsten von allen war doch die jüngste Tochter („Oestlich von der Sonne und westlich von dem Monde").

Grimm, 'l. l.' II, 166. Eine bildschöne Jungfrau, nein so schön, dass es nicht zu sagen ist. (Friedl. 'l. l.' p. 538).

IV, 28. Multi denique civium et advenae copiosi, quos eximii spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat, inaccessae formonsitatis admiratione stupidi .....

Asbjoernson et Moe 'l. l.' II, 15. („Hakon Borkenbart"): Dennoch aber kamen immer der Freier genug, weil die «Königstochter» so ausserordentlich schön war.

IV, 33. Rex olim beatus affatu sanctae vaticinationis accepto pigens tristisque retro domum pergit suaeque coniugi praecepta sortis enodat infaustae. maeretur, fletur, lamentatur diebus plusculis ..... adfectae domus triste fatum cuncta etiam civitas congemebat.

Damköhler - Weinhold, 'Zeitschrift des Vereines für Volkskunde III.' 1893. p. 191. („Der Wolf mit dem Wockenbriefe"). Ânfanks wolle bei et nich seïn, terlezt âwer vertelle hei alles, wî et êne gân wâr in holte .... ae wâren alle in grôter nôt, blôs de jingeste dochter harre keine angest . .

Grimm 'l. l.' I, 60 (Friedl. p. 539): Der Jüngste aber kam ... in eine Stadt, die war ganz mit schwarzem Flor überzogen ..... „weil morgens unsers Königs einzige Tochter sterben wird "

IV, 34. Ac dum maesti parentes et tanto malo perciti nefarium facinus perficere cunctantur, ipsa illa filia talibus eos adhortatur vocibus .....,ducite

Dirksen, ('ostfries. Märchen.') ('Zeitschr. d. V. f. Volkskunde III,' 337). Se wassen alle regt trürîg; aber de jungste dogter sê, dârum wîl hör fader dat segt har, wul

me et cui sors addixit, scopulo sistite'..

IV, 34. Parendi necessitas... Psychen .... efflagitabat.

IV, 35. Itur ad constitutum scopulum montis ardui, cuius in summo cacumine statutam puellam cuncti deserunt . . . deiectis capitibus domuitionem parant . . . sed miseri quidem parentes tanta clade defessi... . . . Psychen autem paventem ac trepidam et in ipso scopuli vertice desidentem[3])... Zephyrus . . . reclinat.

se gân. *Cosquin II, 216:* „Ah! ma fille", dit-il, „quel triste voyage" . . . „mon père", dit-elle, „je suis prête à partir."

Grimm 'l. l.' I, 60. Als die Stunde kam, wo die Jungfrau dem Drachen sollte ausgeliefert werden, begleitete sie der König, der Marschall und die Hofleute hinaus . . . . der König und die Hofleute kehrten voll grosser Trauer heim.

Oberleitner, 'Schwedische Volkssagen und Maerchen' Vindob. 1848 IV, („Der halbe Troll.") p. 63. Als sie nun zum Ufer des Meeres gekommen, setzte sich das Maedchen auf den weissen Sand, stützte die Wangen auf die Hand und weinte bitterlich.

V, 1. Psyche teneris et herbosis locis in ipso toro roscidi graminis suave recubans tanta mentis perturbatione sedata dulce conquievit. Iamque sufficienti recreata somno placido consurgit animo. Videt lucum proceris et vastis arboribus consitum, videt fontem vitreo latice perlucidum medio luci meditullio, prope fontis adlapsum domus regia est aedificata non humanis manibus sed divinis artibus . . . . summa laquearia

'1001 Nacht.' cf. 'Reklams Universalbibliothek 3846/47.' p. 114. «Dschânschah» legte sich . . . zur Ruhe nieder. Nachdem er längere Zeit geschlafen hatte, erhob er sich wieder . . . voll Verwunderung über diesen schönen Ort. Dschânschah (cf. p. 113) . . . gewahrte einen grossen Teich, neben welchem ein kleiner Pavillon stand, der aus Gold, Silber und Krystall erbaut war. Seine Fenster bestanden aus Hyazinth und der

3) Coniectura est C. Wachsmuthi, quam docuit in seminario philol. Lips. „Deflentem" propter verba „in ipso scopuli vertice" minus apte positum videtur, atque quomodo Psychae animus agitetur iam bene verbis „paventem ac trepidam" dictum est. Accedit quod Suecorum quoque fabella (p. 20) commonemur, ut „desidentem" scribamus.

citro et ebore curiose cavata subeunt aureae columnae, parietes omnes argenteo caelamine conteguntur bestiis et . . . pecudibus occurrentibus ob os introeuntium . . . . . pavimenta ipsa lapide pretioso caesim deminuto in varia picturae genera discriminantur . . . iam ceterae partes longe lateque dispositae domus sine pretio pretiosae totique parietes solidati massis aureis splendore

proprio coruscant ut diem suum sibi domus faciat sole nolente. Sic cubicula, sic porticus sic ipsae valvae fulgurant.

V, 2. Invitata Psyche talium locorum oblectatione propius accessit et paulo fidentior intra limen sese facit, mox prolectante studio pulcherrimae visionis miratur singula . . . . nullo custode totius orbis thesaurus ille muniebatur. Haec ei summa cum voluptate visenti offert sese vox quaedam corporis sui nuda et . . inquit . . . ,nos quarum voces accipis, tuae famulae sedulo tibi praeministrabimus nec corporis curatae tibi regales epulae morabuntur.'

V, 3. . . . somno et mox lavacro fatigationem sui diluit visoque statim semirotundo sug-

Boden war mit grünen Chrysolithen, Ballasrubinen, Smaragden und andren Juwelen mosaikartig ausgelegt, während sich mitten in jenem Pavillon ein goldener Springbrunnen befand, welcher von goldnen und silbernen wasserspeienden Tieren und Vögeln umgeben war . . . und rings um den Pavillon gewahrte Dschânschah einen Garten mit Bäumen, Früchten, Bächen . . . *Asbjoernson et Moe* '*l. l.*' *p. 103 sq.* «Bis» sie in ein grosses Schloss gelangten; drinnen waren viele von Lampen erleuchtete Zimmer, und alles strahlte von Gold und Silber . . . *Friedl. p. 541. (cf.* '*B. Schmidt, Griech. Maerchen,*' *p. 94).* Das Schlafgemach ist so prächtig, dass es in der Nacht von selber leuchtet. — '*1001 Nacht l. l.*' *p. 114.* Wie nun Dschânschah alles dies gewahrte, verwunderte er sich über die Massen und machte sich daran, alle die Wunderdinge . . . in Augenschein zu nehmen.

Asbjoernson et Moe '*l. l.*' *p. 104.* Nun gab ihr der Bär eine silberne Glocke und sagte, wenn wenn sie irgend etwas im Schloss wünsche, dann solle sie nur damit klingeln, alsdann würde sie es sogleich bekommen. '*Ostfries. Maerchen*' *(cf.* '*l. l.*' *p. 337).* Al's wat se gêrn har, kun se krigen.

'*1001 Nacht l. l.*' *p. 114.* . . . bis er schliesslich in den Pavillon trat und zum Thron hinaufstieg;

gestu . . . libens accumbit et ilico vini nectarei edulîumque variorum fercula copiosa nullo serviente sed tantum spiritu quodam impulsa subministrantur. Nec quemquam tamen illa videre poterat . . . post opimas dapes quidam introcessit et cantavit invisus et alius citharam pulsavit quae videbatur nec ipsa. tunc . . . conferta vox aures eius affertur, ut quamvis nemo . . . pareret, chorus tamen esse pateret.

. . . alsdann . . . legte er sich in demselben zur Ruhe nieder.

'Niedersächsische Sagen und Maerchen' ed. Mueller et Schambach p. 265. („Die Rose"). Als sie dorthin kam, sah sie zwar keinen Menschen, aber das schönste Essen und Trinken war aufgetragen, und alles, was sie nur begehrte, stand alsbald da.

Cosquin 'l. l.' p. 219. «La jeune fille se rend au château»; à son arrivée, elle entend partout de la musique, elle trouve ses repas servis à l'heure, sans voir jamais personne *et p. 27:* elle entendait tous les jours des concerts de musique.

V, 4. Finitis voluptatibus vespera suadente concedit Psyche cubitum. Iamque provecta nocte clemens quidam sonus aures eius accedit . . . iamque aderat ignobilis maritus et torum conscenderat et uxorem sibi Psychen fecerat et ante lucis exortum propere discesserat . . . haec diutino tempore sic agebantur. Atque ut est natura redditum, novitas per assiduam consuetudinem in delectationem se converterat.

Basile, 'Pentamerone' (vertit F. Liebrecht. Vratisl. 1846) I, 19, p. 248. . . . «Zwei Zofen», die sie . . . dann nach beendetem Mahl in ein ganz mit Gold und Perlen gesticktes Bett brachten, in welches, nachdem die Lichter ausgelöscht waren, sich auch noch jemand legte; und dies dauerte so einige Tage fort.

'Niedersächs. Sagen u. Maerchen', p. 265. So blieb das Mädchen eine lange Zeit bei dem Bären, gewöhnte sich allmählich an ihn und gewann ihn zuletzt so lieb, dass sie gar nicht mehr ohne ihn sein konnte.

V, 6. ‚Sed prius', inquit, ‚centies moriar, quam tuo isto dulcissimo conubio caream. Amo enim et efflictim te.'

Asbjoernson et Moe 'l. l.' II. p. 104. Wie sie nun aber das Licht ausgelöscht und sich in das Bett gelegt hatte, kam ein Mensch an und legte sich zu

ihr, und so geschah es jede Nacht; aber sie bekam ihn nie zu sehen, denn er kam immer erst, wenn sie das Licht ausgelöscht hatte und ging wieder fort, eh' es noch Tag wurde. *Cosquin 'l. l' II, 217.* La jeune fille . . . ne tarda pas à s'y plaire. *II, 219.* «Elle» vit très heureuse, bien qu'elle soit toujours seule.

V, 4. Interea parentes eius indefesso luctu atque maerore consenescebant latiusque porrecta fama sorores illae maiores cuncta cognorant. Propereque maestae atque lugubres . . . ad parentum conspectum adfatumque perrexerant.

Cosquin 'l. l.' II p. 217. Cependant sa mère et ses soeurs étaient dans une grande inquiétude. Elles se disaient: „Où est notre pauvre enfant? où est notre soeur?"

V, 5. Ea nocte ad suam Psychen sic infit maritus . . . ,sorores iam tuae mortis opinione turbatae . . . protinus aderunt, quarum si quas forte lamentationes acceperis, neque respondeas, immo nec prospicias omnino; ceterum mihi quidem gravissimum dolorem, tibi vero summum creabis exitium.' Annuit et ex arbitrio mariti se facturam spopondit.

Asbjoernson et Moe 'l. l.' p. 104 sq. „Du musst mir versprechen, dass du nie mit deiner Mutter allein reden willst, sondern nur, wenn die andern zugegen sind, . . . lässt du dich aber darauf ein, so machst du mich und dich unglücklich." Nein, sagte das Mädchen, sie wolle sich schon in Acht nehmen.

V, 5. Diem totum lacrimis ac plangoribus misella consumit, se nunc maxime prorsus perisse iterans, quae beati carceris custodia septa et humanae conversationis viduata nec sororibus suis de se maerentibus opem salutarem ferre ac ne videre eas quidem omnino posset . . . V, 6. Nec mora cum paulo

Asbjoernson et Moe 'l. l.' p. 104. . . . aber endlich bekam sie eine so grosse Sehnsucht, ihre Eltern und Geschwister wiederzusehen, dass sie ganz still und traurig ward. Da fragte sie der Bär eines Tages, was ihr fehle, dass sie immer so still und sinnig wäre.

maturius lectum maritus accubans eamque etiam nunc lacrimantem complexus sic expostulat ... ,et perdia et pernox nec inter amplexus coniugales desinis cruciatum. Age iam nunc ut voles et animo tuo damnosa poscenti pareto. Tantum memineris meae seriae monitionis cum coeperis sero paenitere.'

V, 7. At illae sorores percontatae scopulum locumque, quo fuerat Psyche deserta, festinanter adveniunt ... iam mutuis amplexibus et festinantibus saviis sese perfruuntur et illae sedatae lacrimae postliminio redeunt prolectante gaudio ...

V, 8. ... ut illarum prorsus caelestium divitiarum copiis affluentibus satiatae iam praecordiis penitus nutrirent invidiam. Denique altera earum satis scrupulose curioseque percontari non desinit, quis illarum caelestium rerum dominus, quisve vel qualis ipsius sit maritus.

Nec tamen Psyche coniugale illud praeceptum ullo pacto temerat ... auro facto gemmosisque monilibus eas onustas statim vocato Zephyro tradit reportandas. *Ac* V, 15. ... rursum opiparis muneribus eas onustas ventoso vehiculo tradidit.

V, 9. Sorores egregiae domum redeuntes iamque gliscentis invidiae felle fraglantes multa

Asbj. et Moe 'l. l.' p. 104. „Dazu kann Rat werden", sagte der Bär, *p. 105:* „vergiss nur nicht, was ich dir gesagt habe, denn sonst machst du mich und dich unglücklich."

Cosquin 'l. l.' p. 217. L'une des deux aînées se rendit auprès de sa soeur ...

Asbj. et Moe 'l. l.' p. 105. Wie nun die Eltern die Tochter sahen, freuten sie sich so sehr, dass es gar nicht zu sagen ist. *Basile, 'Pentamerone' I, 19. p. 248.* Als Lucia nun bei den Ihrigen anlangte, ... wären diese vor Neid beinahe geborsten. *de Hahn, 'Griechische und albanes. Maerchen.' I, 19 ('Goldgerte') p. 99.* Ihre Schwestern begannen neidisch auf sie zu werden. — *Cosquin 'l. l.' II, 217.* Et «elle» lui demanda ce qui lui était arrivé. La jeune fille résista longtemps. — *Asbj. et Moe 'l. l.' p. 105.* Sie gab ihnen doch keinen ordentlichen Bescheid. *Basile 'Pentamerone' I, 19, p. 248.* Der Mohr kam mit einem grossen Beutel voll Goldstücken zurück, den er ihr für ihre Mutter *(quam puella visura est)* einhändigte.

de Hahn 'l. l.' p. 99. Ihre Schwestern aber wurden so neidisch, dass sie berieten, was

secum sermonibus mutuis perstrepebant . . . V, 11. Placet pro bono duabus malis . . .

V, 11. De marito nil quicquam vel audias vel respondeas. Nam et familiam nostram iam propagabimus et hic tuus adhuc infantilis uterus gestat nobis infantem alium, si texeris nostra secreta silentio divinum, si profanaveris, mortalem.

V, 13. .. ,invicem denegatae sacrosanctae imaginis tuae redde saltem conspectum sororum'.

V, 15. Sic adfectatione simulata paulatim sororis invadunt animum.

V, 17. ,Tu quidem felix et ipsa tanti mali ignorantia beata sedes incuriosa pericli tui, nos autem, quae pervigili cura rebus tuis excubamus', cladibus tuis misere cruciamur. Pro vero namque comperimus . . . immanem colubrum . . . tecum noctibus latenter acquiescere.' V, 18. ,At haec iam tua est existimatio, utrum sororibus pro tua cara salute sollicitis assentiri velis . . . certe piae sorores nostrum fecerimus.' V, 19. ,Quoniam nos

sie ihr Böses anthun könnten. Darauf beschlossen sie . . .

de Hahn 'l. l.' II, 100, p. 119. („Schlangenkind.") „Hüte dich wohl, irgend jemandem zu erzählen, dass ich ein Mann bin, bis du geboren hast" . . . *et paulo infra:* Kaum hatte sie dieses gesagt, so bereute sie freilich ihre Schwatzhaftigkeit, aber es war zu spät, denn in derselben Nacht verschloss ihr die Schlange den Schoss[3a]) und ging weg.

Asbj. et Moe 'l. l.' p. 104. „Ach," sagte sie, „es wird mir hier so öde im Schloss, denn ich möchte so gern meine Eltern und Geschwister einmal wiedersehen." *Cosquin 'l. l.' II, 207.* Sa soeur la pressa tant, qu'elle lui revela le secret. *Asbj. et Moe 'l. l.' p. 106.* Die Mutter überredete sie doch zuletzt, und da musste sie ihr denn alles erzählen. *Basile, 'Pentam. l. l.' p. 249.* „Wenngleich du uns nichts von der Beschaffenheit deiner Freuden mitgeteilt hast, so musst du doch wissen, dass uns alles genau bekannt ist." *Asbj. et Moe 'l. l.' p. 106.* „Wer weiss! das ist gewiss ein Troll, der bei dir schläft", sagte die Mutter, „wenn du aber meinem Rat folgen willst . ." *Basile, 'Pentam. l. l.' p. 249.* Du wirst jedoch dein Glück nie vollkommen geniessen, wenn du dich nicht

3a) cf. Apul. met. I, 9. 'obsepto utero'.

originis nexus pro tua incolumitate periculum quidem nullum ante oculos habere compellit, viam quae sola deducit ad salutem diu diuque cogitatam monstrabimus tibi.‘

V, 18. Psyche misella, utpote simplex et animi tenella rapitur verborum tam tristium formidine: extra terminum mentis suae posita prorsus omnium mariti monitionum suarumque promissionum memoriam effudit et . . . sic . . . ait. V, 19. ‚Nec unquam viri mei vidi faciem vel omnino cuiatis sit novi, sed tantum nocturnis subaudiens vocibus maritum incerti status et prorsus lucifugam tolero‘ . . .

V, 20. ‚Novaculam praeacutam . . . tori qua parte cubare consuesti latenter absconde lucernamque . . . completam ole', claro lumine praemicantem subde aliquo claudentis aululae tegmine omnique isto apparatu tenacissime dissimulato, postquam . . . cubile solitum conscenderit . . . toro delapsa . . . caecae tenebrae custodia liberata lucerna, praeclari tui facinoris opportunitatem de luminis consilio mutuare et . . . noxii serpentis nodum cervicis et capitis abscide.

V, 21. Nox aderat et maritus aderat priusque veneriis proeliis velitatus in altum soporem descenderat.

V, 22. Tunc Psyche viribus roboratur et prolata lucerna

entschliessest, den Rat derer, die dir wohl wollen, zu befolgen; du bist ja doch unser Fleisch und Blut, und wir wünschen nur dein Vergnügen und deinen Nutzen.

Basile, 'Pentam. l. l.' p. 250. Die arme Luciella, welche nicht wusste, dass sich unter diesem Sattel von Sammet das Widerrist . . . befand, glaubte den Worten der Schwestern. *Asbj. et Moe 'l. l.' p. 106.* Sie erzählte ihr nun auch, wie des Abends . . . immer ein Mensch käme und sich zu ihr ins Bett legte, aber sie bekäme ihn nie zu sehen, denn eh' es Tag würde, wäre er immer wieder fort.

Asbj. et Moe, 'l. l.' p. 106. „Steh mal des Nachts auf, wenn er eingeschlafen ist, und zünde ein Licht an und sieh zu, was es für einer *(für ein Troll)* ist, aber nimm dich in Acht, dass du keinen Talg auf ihn tröpfelst.“

Basile, 'Pentamerone, l. l.' p. 250. «Luciella» that, als . . . die Nacht erschienen war, ganz so, wie sie jene Schandpfähle geheissen hatten, worauf sie, sobald alles ruhig und still war, mit dem Feuerzeug ein Licht anzündete und neben sich die Blume der Schönheit, einen Jüngling von lauter Lilien und Schnee erblickte.

Asbj. et Moe, 'l. l.' p. 107. In der Nacht aber, als sie hörte, dass er schlief, stand sie auf und zündete ein Licht

et adrepta novacula sexum audacia mutatur. Sed cum primum luminis oblatione tori secreta claruerunt, videt omnium ferarum mitissimam dulcissimamque bestiam, ipsum illum Cupidinem formonsum deum formonse cubantem . . .

V, 23. . . . Psyche sponte in Amoris incidit amorem. Tunc magis magisque cupidine fraglans Cupidinis, prona in eum efflictim inhians, patulis ac petulantibus saviis festinanter ingestis de somni mensura metuebat. Sed . . . lucerna illa . . . evomuit de summa luminis sui stillam ferventis olei super umerum dei dextrum . . . sic inustus exiluit deus visaque detrectatae fidei colluvie protinus ex osculis et manibus infelicissimae coniugis tacitus avolavit.

V, 24. Nec deus amator humi iacentem deserens involavit proximam cupressum deque alto eius cacumine sic eam graviter commotus adfatur: . . . ‚te coniugem meam feci, ut bestia scilicet tibi viderer et haec tibi semper cavenda censebam, haec identidem benivole remonebam . . . te vero tantum fuga mea punivero.‘ Et cum termino sermonis pinnis in altum se proripuit.

an, und da sah sie nun im Bett den schönsten Prinzen liegen, den man nur sehen

konnte; und sie ward so verliebt in ihn, dass sie ihn im Augenblick küssen musste. Da versah sie 's aber und liess drei heisse Talgtropfen auf sein Hemd fallen, so dass er davon erwachte.

Grimm, ‘l. l.’ II, 88. . . . da fiel ein haarbreiter Strahl auf den Königssohn und wie ihn dieser Strahl berührt hatte, in dem Augenblick war er auch verwandelt *(in columbam).*

Asbj. et Moe, ‘l. l.’ p. 107. „Was hast du gethan,“ rief er, als er die Augen aufschlug, „nun hast du mich und dich unglücklich gemacht . . . mit uns beiden ist es nun aus, denn ich muss dich jetzt verlassen.“ *de Hahn, ‘l. l’ II, 73. p. 69. („Filek-Zelebi.“)* Von diesem Rufe erwachte jener und sprach: „Ach, was hast du angestellt? wer hat dir dies geraten? nun wirst du mich verlieren.“ *Haltrich, ‘Deutsche Volksmärchen aus . . . Siebenbürgen’ 1856, 43. p. 233.* „Wehe, du hast nicht geschwiegen, meine Erlösung hast du

V, 25. Psyche vero humi prostrata et quantum visu poterat prosequens ... extremis affligebat lamentationibus animum.

V, 26. ... cum aliquam multum viae laboranti vestigio pererrasset inscio quodam tramite ...

[V, 25. Tunc forte Pan deus rusticus ... sedebat ... clementer ad se vocatam sic permulcet verbis lenientibus: ... ‚Cupidinem ... adulescentem delicatum luxuriosumque blandis obsequiis promerere.‘]

VI, 1. ‚Unde autem‘, inquit, ‚scio an istic meus degat dominus.‘

V, 28. ... dum Psyche quaestioni Cupidinis intenta populos circumibat ...

«V, 26. 27. Psycha civitates adit, in quibus sorores morantur.»

VI, 5. ‚Quin igitur ... ultroneam te dominae tuae reddis ... qui scias, an etiam, quem diu quaeritas, illic in domo matris repperies?‘ V. 28. ... iamque fores ei dominae proximanti ...

vereitelt, jetzt bin ich verwünscht ans Ende der Welt.“

Grimm 88. 'l. l.' Da flog die Taube zur Thür hinaus.

Haltrich, 'l. l.' p. 233. Nun fing die Königstochter an zu jammern und zu klagen, dass es hätte einen Stein erbarmen müssen. (Persimilia occurrunt in Hahnii l. l. II. p. 69 et in Asbjoernsonii l. l. p. 107) *Asbj. et Moe, 'l. l.' p. 108.* Als sie sich den Schlaf aus den Augen gerieben und satt geweint hatte, begab sie sich auf den Weg und wanderte viele, viele Tage lang, bis sie endlich zu einem grossen Berg kam. [Vor dem Berge sass eine alte Frau und spielte mit einem goldenen Apfel. Das Mädchen fragte sie, ob sie nicht den Weg wüsste zu dem Prinzen...] *de Hahn 'l. l.' II, p. 119.* Die junge Frau wartete die ganze Nacht, ... aber ihr Mann kam nicht zurück. Da fiel sie in grosse Betrübnis; sie klagte, weinte, jammerte ... endlich fasste sie den Entschluss, ihren Mann aufzusuchen. *Basile, 'Pentam.' I, 19. p. 250.* Sie kehrte zu den Schwestern zurück, welche sie jedoch ... fortjagten. Die Ärmste fing daher an, in der Welt umherzubetteln. *Cosquin, 'l. l.' II, 236. (conte sicilien)* Russida arrive chez une ogresse, la mère de Spiccatamunnu.

VI, 9. Venus laetissimum cachinnum extollit, . . . ‚tandem‘, inquit, ‚dignata es socrum tuam salutare?‘

VI, 13. . . . contortis superciliis subridens amarum sic inquit . . .

VI, 10. Involat eam vestemque plurifariam diloricat capilloque disciso et capite conquassato graviter affligit et accepto frumento et hordeo et milio et papavere et cicere et lente et faba commixtisque acervatim confusis in unum grumulum sic ad illam: ‚videris enim mihi tam deformis ancilla . . .‘

VI, 10. ‚Iam ergo et ipsa frugem tuam periclitabor. Discerne seminum istorum passivam congeriem singulisque grannis rite dispositis atque seiugatis ante istam vesperam opus expeditum approbato mihi.‘

Zingerle, 'Kinder- und Hausmärchen aus Tirol' p. 197 („der gläserne Berg“). Mit der widerlichsten Bassstimme brummte sie ihn an: „Weil du dich unterstanden hast, hierher zu kommen . . .“ *Cosquin 'l. l.' I, p. 40.* . . . cependant elle grondait entre ses dents . . .

Grimm, 'l. l.' II, 130. Sie *(mater ac sorores)* stiessen es *(puellam)* herum und warfen ihm schlechte Kleider hin und gaben ihm nicht mehr zu essen, als was sie übrig liessen und thaten ihm Herzeleid an, wo sie nur konnten . . .

Grimm, I, 21. („Aschenputtel.“) . . . Obendrein thaten ihm die Schwestern alles ersinnliche Herzeleid an, verspotteten es und schütteten Erbsen und Linsen in die Asche, so dass es sitzen und sie wieder auslesen musste. *Oberleitner, 'Schwed. Volkssagen und Märchen' p. 104.* Das Weib . . . führte Wattusin in ein Zimmer, wo eine Menge Getreide in grossen, grossen Haufen zusammengehäuft war (in fabella graeca cf. 'de Hahn, I, 63' commixta sunt triticum, hordeum, zea, ador). Die Trollkönigin sagte: „Dein zweites Geschäft soll sein, dass du all' dies Getreide nach seiner verschiedenen Gattung sonderst . . . Alles aber soll bis am Morgen fertig sein, ehe die Sonne aufgeht, sonst kostet es dein Leben.“ (cf. etiam 'de Hahn,

VI, 10. Sic assignato tantorum seminum cumulo ipsa cenae nuptiali concessit.

VI, 10. Nec Psyche manus admolitur inconditae illi et inextricabili moli sed immanitate praecepti consternata silens obstupescit.

VI, 10. Tunc formicula illa parvula atque ruricola ... difficultatis tantae laborisque miserta ... naviter convocat corrogatque cunctam accolarum formicarum classem ... ruunt aliae superque aliae sepedum populorum undae summoque studio singulae granatim totum digerunt acervum separatimque distributis dissitisque generibus e conspectu perniciter abeunt.

VI, 11. Sed initio noctis e convivio nuptiali ... Venus remeat ... visaque diligentia miri laboris ‚non tuum', inquit, ‚nequissima, nec tuarum manuum istud opus, sed illius, cui tuo immo ipsius malo placuisti.'

I, 37', 'Pentamerone n. 44'; 'Oberleitner p. 260'; 'Grimm l. l.' I, n. 17 et n. 62.) *Oberleitner* '*l. l.*' *p. 104.* So sprechend ging die Trollkönigin weg. *Kuhn apud Friedl.* '*l. l.*' *p. 557.* Die Hexe, die Hochzeit haben soll, schickt sie zu ihrer Schwester. *Oberleitner p. 280.* '*l. l.*' *(„Der Königssohn und die Prinzessin Singorra.")* Hierauf kehrte die Meerfrau zurück und glaubte sicher zu sein, dass der Jüngling mit seinem Unternehmen nicht zu Stande kommen würde. Der Königssohn konnte auch nichts andres denken; er setzte sich daher nieder ... und weinte bitterlich. *Oberleitner* '*l. l.*' *p. 105.* Als Wattusin nun betrübt dasass ... stand der Ameisenkönig plötzlich vor ihm und fragte, warum er so traurig wäre ... Er ging hierauf fort und kam schnell mit einer unzählbaren Schar Ameisen zurück. Die kleinen Tierchen aber begaben sich auf den Getreidehaufen, jede Ameise nahm ein Korn, und es ward ein Gewimmel ... es dauerte nicht lange, so war all' das Getreide verteilt. p. 105. Am Morgen, als die Sonne aufging, kam das alte Weib ... Der Junge ... zeigte ..., wie alles Getreide nach seinen verschiedenen Gattungen verteilt lag, jedes in einem eignen Haufen. Da ... sagte sie: „Dies hast du nicht ohne Beihilfe gethan."

VI, 11—13. «Psycham de coma ovium ferarum ac formidabilium floccum velleris pretiosi afferre Venus iubet.»

VI, 13. ‚Nec me praeterit huius quoque facti auctor adulterinus.‘ VI, 13. Nec tamen apud dominam saltem secundi laboris periculum secundum testimonium meruit, sed ... sic inquit ‚... sed iam nunc ego sedulo periclitabor, an oppido forti animo singularique prudentia sis praedita ... VI, 11. Sed Aurora commodum caelum inequitante vocatae Psychae Venus infit talia ...

VI, 13. Videsne insistentem celsissimae illi rupi montis ardui verticem, de quo fontis atri fuscae defluunt undae ... indidem mihi de summi fontis penita scaturrigine rorem rigantem hauritum ista confestim defers urnula' ... VI, 14. Iamque et ipsae semet muniebant vocales aquae, nam et ‚discede‘ et ‚quid facis? vide‘ et ‚quid agis? cave‘ et ‚fuge‘ et ‚peribis‘ subinde clamant.

VI, 15. ... Jovis regalis ales illa repente propansis utrimque

de Hahn 'l. l.' in adnot. ad fab. 63. II. p. 259. «adulescens lac equarum ferarum afferre iussus est. (fab. Daca).» *Cosquin 'l. l.' II, 236.* Quand elle est de retour chez l'ogresse, ... elle lui commande de laver un grand tas de linge. Rusidda appelle Spiccatamunnu, et en un instant le linge est lavé. „Ah“, dit l'ogresse, „ce n'est pas toi qui a fait cela, c'est mon fils Spiccatamunnu“. (cf. etiam 'de Hahn' I. 54, p. 298). *Oberleitner 'l. l.', p. 281.* Da wurde die Meerfrau über die Massen erzürnt und dachte, dass sie wohl versuchen möge, wer stärker wäre, ihre List oder das Glück des Jungen. Sie liess sich nichts merken; am Morgen aber, als die Sonne aufging, rief sie den Jüngling und sagte ...

Cosqu. 'l. l.' I, p. 46. «Dans un conte italien de Pise ... une hirondelle ... procure au prince la fiole d'une eau qui jaillit au sommet d'une montagne inaccessible.» *p. 40.* ‚Il me faut de l'eau qui ressucite et de l'eau qui fait mourir.‘ *Cosqu. II, p. 242.* Dans l'intérieur de cet édifice, se trouve, au milieu de huit effroyables enchanteurs qui l'entourent un cercle magique bordé de neuf coeurs. „Prends-moi, prends-moi“, diront les huit vieux coeurs. „Ne me prends pas“, dira un nouveau coeur.

de Hahn 'l. l.' I, 37. Als der Rabe hörte, was der Prinz von

pinnis affuit rapax aquila . . . sed ‚cedo istam urnulam' et protinus adreptam completum festinat . . .

VI, 15. . . . nolentes aquas et ut abiret mirantes excipit.

VI, 16. Sic acceptam cum gaudio plenam urnulam Psyche Veneri citata reddit.

VI, 16. Nec tamen nutum deae saevientis vel tunc expiare potuit. Nam sic eam maiora atque peiora flagitia comminans appellat renidens exitiabile: ‚iam tu quidem maga videris quaedam mihi et alta prorsus malefica, quae talibus praeceptis obtemperasti naviter, sed adhuc istud, mea pupula, ministrare debebis.'

VI, 16. ‚Sume istam pyxidem' et dedit, ‚protinusque ad inferos et ipsius Orci ferales penates te derige.

Tunc conferens pyxidem Proserpinae ‚petit te Venus', dicito,

ihm verlangte, meinte er: „Das ist kein leichtes Stück, denn der Berg, in dem die Quelle des Lebenswassers ist, öffnet sich nur für einen Augenblick und schnappt dann wieder zu, aber ich will es versuchen. Er liess sich hierauf vom Prinzen eine Kürbisflasche geben und flog damit fort, und nach einer Weile brachte er sie gefüllt zurück. *Oberleitner* ‘*l. l.*’ *p. 279.*

Der Jüngling aber war guten Mutes und trat froh vor seine Herrin, um sie zu benachrichtigen, dass er ihren Auftrag und Befehl vollzogen *p. 287.* Der Junge ging nun zu seiner Herrin . . . und gab von seiner Sendung Rechenschaft. Als ihn jetzt die Meerfrau wohlbehalten sah, verwunderte sie sich sehr, und man kann wohl denken, dass sie zürnte. *Grimm* ‘*l. l.*’ *I, 17.* Die Königstochter sah mit Verwunderung, dass der Jüngling vollbracht hatte, was ihm aufgegeben war. Aber sie konnte ihr stolzes Herz nicht bezwingen und sprach: „Hat er auch die beiden Aufgaben gelöst, so soll er doch nicht eher mein Gemahl werden, bis er mir einen Apfel vom Baume des Lebens gebracht hat.

Kuhn apud Friedl. ‘*l. l.*’ *p. 557.* Die Hexe schickt sie zu ihrer Schwester in die Hölle, um ihr von da Spielleute in einer Schachtel zu holen.

Cosquin ‘*l. l.*’ *II, 236.* L'ogresse

‚medicum de tua mittas ei formonsitate' . . .

VI, 17. Sed turris prorumpit in vocem: ‚. . . ibis quidem profecto ad imum Tartarum, sed inde nullo pacto redire poteris. Mihi ausculta . . . VI, 18. . . . Taenarum, inibi spiraculum Ditis et per portas hiantes monstratur iter invium . . . sed non hactenus vacua debebis per illas tenebras incedere sed offas polentae mulso concretas ambabus gestare manibus . . .

VI, 19. Canis namque praegrandis, teriugo et satis amplo capite praeditus, immanis et formidabilis . . . ante ipsum limen et atra atria Proserpinae semper excubans servat vacuum Ditis domum. Hunc offrenatum

unius offulae praeda facile praeteribis, ad ipsamque Proserpinam introibis, quae te comiter excipiet ac benigne, ut et molliter assidere et prandium opipare suadeat sumere. Sed tu et humi reside et panem sordidum esto, deinde nuntiato, quid adveneris susceptoque quod offerretur remeans . . . redies.'

VI, 19. ‚Sed inter omnia hoc observandum praecipue tibi

envoie «Rusidda» chez une autre ogresse, sa soeur, en lui chargeant de lui rapporter un coffret. Le coffret est remis à Rusidda . . . avec défense de l'ouvrir.

Oberleitner '*l. l.*' *p. 281.* „Ich habe erfahren, dass du zur Schwester der Meerfrau gehen sollst, und wir würden uns vielleicht nie mehr wiedersehen, wenn du nicht thust, was ich dir jetzt sagen will." *p. 265:* Da nahm die Jungfrau das Wort: „Wenn du dich auf den Weg begiebst, so kommst du zuerst zu einem Gatterthor . . . sodann kommst du zwei Adlern, die werden sich drohend aufrichten, wenn du vorbeigeht. Gieb ihnen diese beiden Fleischstücke." *Grimm* '*l. l.*' *III, n. 127.* Das Das Mädchen werde an den Glasberg kommen, aber ein Löwe und ein Drache liege davor, die solle es mit Brot und Speck besänftigen. *Oberleitner* '*l. l.*' *p. 266.* Als der Königssohn hineinkam . . . wurde er aufs allerbeste empfangen . . . die Meerfrau bat ihn nun, sich niederzusetzen . . . und liess Speisen herbeibringen, damit er esse. *p. 281:* Im Saale der Hexe sind fünf Stühle von ungleicher Farbe; wenn du dich auf dem . . . roten setzest, verbrennst du . . . aber auf den schwarzen Stuhl kannst du dich setzen, denn dort bleibst du unbeschädigt . . . vor allem aber esse (*sic!*) von keiner Speise

censeo, ne velis aperire vel inspicere illam quam feres pyxidem' . . .

VI, 20. Nec morata Psyche pergit Taenarum sumptisque rite . . . offulis infernum decurrit . . . et offulae cibo sopita canis horrenda rabie domum Proserpinae penetrat.

Nec offerentis hospitae sedile delicatum vel cibum beatum amplexa . . .

. . . Veneriam pertulit legationem. Statimque secreto repletam conclusamque pyxidem suscipit et . . . recurrit.

VI, 20. Et repetita atque adorata candida ista luce, quanquam festinans obsequium terminare, mentem capitur teme-

Kuhn apud Friedl. '*l. l.*' *p. 557.* Nun giebt ihr die Alte die Schachtel und sagt ihr, sie sölle sie nicht aufmachen.

Oberleitner '*l. l.*' *p. 283.* Er wanderte so noch eine Weile und kam zum Gatterthor des Schlosses. Da stürzte ein Wolf und ein Bär hervor . . . der Junge . . . nahm einen Kuchen, brach ihn entzwei und gab dem Wolf und dem Bären jedem ein Stück. Die wilden Tiere . . . liessen nun den Weg frei, so dass der Prinz . . . in den Hof der Hexe kam. *p. 266.* Die Meerfrau bat ihn nun, sich niederzusetzen . . . und liess Speisen herbeibringen, damit er esse. Der Prinz erinnerte sich aber des Rates seiner Liebsten und wollte die Speise nicht kosten. *p. 283.* Sie liess ihm einen weissen Stuhl hinsetzen und bat den Jungen, sich nach der langen Reise auszuruhen. Der Prinz . . . antwortete, dass er nicht müde wäre . . . dass er stehen wolle . . . und brachte sein Anliegen vor. *p. 284.* Das Weib ging hierauf fort, um die Hochzeitssachen vorzubereiten . . . *p. 285.* Der Königssohn erhielt hierauf die Schachtel mit den Hochzeitssachen . . . und schickte sich zum Rückweg an. *Cosquin* '*l. l.*' *II, p. 236.* Mais, en chemin . . . elle ouvre le coffret, et il s'en échappe une foule de petites poupées qui se mettent à danser

raria curiositate et ,ecce', inquit, ,inepta ego divinae formonsitatis gerula, quae nec tantillum quidem indidem mihi delibo, vel sic illi amatori meo formonso placitura' et cum dicto reserat pyxidem.

VI, 21. Nec quicquam ibi rerum nec formonsitas ulla sed infernus somnus ac vere Stygius, qui statim coperculo revelatus invadit eam crassaque soporis nebula cunctis eius membris perfunditur et in ipso vestigio ipsaque semita conlapsam possidet. . . . sed Cupido . . . provolans Psychen accurit suam detersoque somno curiose et

rursum in pristinam pyxidem recondito Psychen punctulo sagittae . . . suscitat et ,ecce', inquit, ,rursum perieras, misella, simili curiositate . . '. Psyche vero confestim Veneri munus reportat Proserpinae.

VI, 24. Nec mora cum cena nuptialis affluens exhibetur...

.. et nascitur illis maturo partu filia, quam Voluptatem nominamus.

. . . Spiccatamunnu . . . lui jette une baguette dont elle doit frapper la terre pour faire entrer les poupées dans le coffret. *Oberleitner* '*l. l.*' *p. 269.* Als der Königssohn sich eine Weile ausgeruht hatte, setzte er seine Heimreise wieder fort. Wie er aber eine Weile gegangen war, kam es ihm in den Sinn, dass es wohl gut sein könnte, zu wissen, was für Hochzeitssachen in der Schachtel verborgen wären. Zuletzt konnte er seine Begierde nicht länger beherrschen, sondern öffnete an der einen Seite ein wenig den Deckel der Schachtel . . . da . . . fuhr ein Feuerstrom aus der Öffnung . . . *p. 270.* Nach einer Weile kam die ganze Schar *(Messerias Däumlinge)* zurück, jeder hatte einen Funken gefangen und legte ihn wieder in die Schachtel ... der Königssohn aber gedachte ein andermal klüger zu sein und wanderte fröhlich zur Burg, wo seine Herrin wohnte. *p. 270.* Als ihn nun die Meerfrau erblickte und vernahm, dass er alle Gefahren wohl bestanden, verwunderte sie sich sehr und empfing ihn aufs beste. Sie liess die Hochzeit des Prinzen feiern mit grossem Pomp und Lustbarkeit, und alle ihre Töchter waren bei dem Gastmahle. *Haltrich* '*l. l.*' *p. 233.* So ging gerade das Jahr zu Ende seit ihrer Hochzeit und die junge Frau gebar einen

wunderschönen Knaben, der hatte ein Antlitz silberweiss wie der Mond und Locken von Gold wie die Sonne und Augen wie der Morgen- und Abendstern.

Expedita fabellarum comparatione inquirere iuvat, quid inde discere possimus.

Ac primum quidem nemo non videt nonnullis locis fabulam Apuleianam cum quibusdam fabellis popularibus fere verbotenus conspirare. Atque similitudines inter illam et has tot tamque perspicuae sunt, et inde ab initio usque ad finem narrationis tam continuo[4]) ordine se excipiunt, ut locis, quos exscripsi, assertis tota fere fabella popularis exsistat. Itaque contra Friedlaenderi sententiam[5]) monuerim prorsus verisimile esse unam fabellam in narratione Apuleiana inesse; cuius ad similitudinem quam proxime accedunt fabellae Norvegiorum[6]) („Oestlich von der Sonne und westlich von dem Monde"), Suecorum[6]) („Der Königssohn und die Prinzessin Singorra"), Danorum[6]) („Der kleine weisse Hund"). At quamvis multas res per totam Cupidinis et Psychae fabulam comparatione ista facta certo iudicio fabellae popularis proprias evincere possimus, tamen non audeo totam fabellam popularem Apulei narratione aliqua ex parte commutata, suppleta, imminuta in integrum restituere[7]). Destiti hoc conatu propterea potissimum, quod fabellae populares matrum tantum et anicularum sermoni-

4) Tribus tantum locis Cupidine, Venere, ceteris numinibus divinis additis fabellae popularis narratio turbata est; de quo infra, p. 37.

5) cf. 'l. l.' p. 544 sq.

6) cf. 'Asbj. et Moe l. l.' p. 102 sq. 'Oberleitner l. l.' p. 274 sqq. 'Kuhn-Friedl. l. l.' p. 553. 557.

7) Friedlaender hoc conatus est, cf. 'Morgenblatt l. l.'; 'Sittengesch. I[6]', 538 sqq.

bus per populos differuntur, quod ex eis, quae fabellam narrant, alia aliud addit, omittit, mutat atque ita singulas res sibi fingere et renarrare solet, ut cum populi indigeni moribus, cum sua rerum notitia quam maxime congruant[8]).

Attamen quin hanc quaestionem tangam, facere non possum, nam permagni nostra interest scire, quatenus illa, quae fabulae Apuleiana ineunte (metam IV. 29—32), media (V. 25—VI. [8]), exeunte (id est illis capitibus, quibus fabellarum aliarum loci similes respondere non videntur) legimus, cum fabella populari Apuleiana narratione latente cohaereant. Sintne mente excogitata posteaque fabellae immissa, an sint ipsa quoque fabellae populari attribuenda, quaerendum est.

Quid de fine narrationis Apuleianae conseam, eis quae p. 35 sq. scripsi, indicavi. Quoniam enim in Suecorum illa fabella (cf. p. 35) post labores prospere superatos adulescentis et puellae nuptiae summa lautitia summoque apparatu celebrantur, statuendum nobis[9]) est cenam nuptialem non ex arbitrio narrationi postmodo assutam esse, sed Jove ceterisque diis deabusque additis adeo commutatam atque exornatam esse, ut fabellae popularis verba duobus tantum, quos supra (p. 35.) adnotavi, locis integra relicta sint. Atque revera fabula

8) Ut melius, quae velim, intelligantur, ex innumerabilibus exemplis perpauca afferam: in Graecorum quadam fabella (Schlangenkind cf. 'de Hahn, l. l.' p. 118 sqq.) puella denubit serpenti, in Germanorum ('Der Wolf mit dem Wockenbriefe' cf. 'Damköhler-Weinhold l. l.' p. 190 sqq.) lupo, in Norvegiorum ('Asbjoernson et Moe, l. l.' p. 108 sqq.) urso, in Escimonum fabella (cf. 'Kohler, l. l.' p. 7) phocae. Atque in Neapolitanorum fabella s. l. (cf. p. 28. 'Pentam'. p. I, 19) puella non quaestioni mariti intenta populos circumit, sed stipem collectura sese in viam dat.

9) Friedlaender igitur immerito totum narrationis exitum fabellae popularis proprium fuisse negat. (l. l. p. 546.)

Apuleiana exeunte rerum narrationem nonnihil turbatam esse inde quoque colligi potest, quod nonullae res secum pugnantes lectori obvertuntur. Jam supra (pag. 16.) mirati sumus, quod Psychae infans puer praedicitur, puella nascitur. Accedit, quod narrationis Apuleianae exitus cum eis quae praeceduut, parum apte coniunctus est. Legimus enim haec in libri metam. VI. capite XVII. ‚interea Cupido . . . aegra facie, matris suae repentinam sobrietatem pertimescens ad armillum redit . . ‘. Hoc loco, quo iure de Cupidine paulo ante e matris custodia per fenestram elapso scribi possint verba ‚ad armillum redit‘, equidem non intellego. Nec leviores discrepantiae nobis obversantur in libri VI, capitibus 11. sqq. Quas breviter adumbrare in animo est, quod res in Apulei narratione secum pugnantes saepius[10]) non frusta examinavimus. In capite XI. talia reperimus ‚interim Cupido solus . . . cubiculi custodia clausus cohercebatur acriter, partim ne petulanti luxurie vulnus gravaret, partim ne cum sua cupita conveniret. Sic ergo distentis et sub uno tecto separatis amatoribus taetra nox exanclata‘. Ac profecto, postquam Venus ira inflammata gravissime in Cupidinem invecta est (metam. V. 29. 30.), omnino e re esse videtur, ut eum cubiculo egredi non patiatur. Ipsa vero Psycham in pensis perficiendis a Cupidine nescio quomodo adiuvari suspicatur, cum dicit ‚non tuum nec tuarum manuum istud opus, sed illius, cui tuo, immo ipsius malo placuisti‘ (metam. VI. 10.) et paulo infra ‚nec me praeterit huius quoque facti auctor adulterinus‘ (metam. VI. 13.). Maxime autem miramur Cupidinem per altissimam cubiculi, quo cohibebatur, elapsum fenestram Psycham suam induci suscitantem (metam VI. 21.).

10) cf. quoque huius dissertationis caput primum (p. 10 sqq).

Quodsi fabellas populares (s. l. cf. p. 35. sq.) inspexerimus, quid fabellae populari tribuendum sit, statuere nobis licebit. Fieri enim nequit, ut maritus et cubiculo acriter coërceatur neque puellam suscitaturus e cubiculo elabi prohibeatur. In cognatis fabellis popularibus[11]) maritus cubiculi custodia non cohibetur, verumtamen puellae, postquam pyxidem reseruit, succurrit. Hoc igitur ex fabella populari depromptum est; neque solum Cupidinis custodia fabellae populari postmodo addita est, sed hoc quoque, idque non male excogitatum, quod Amor Psycham punctulo sagittae suae e somno expergit.

Tum quoniam post disposita gramina Venus Psychae obiurgat: ‚non tuum . . . istud opus‘ (metam VI. 11.), equidem formicas mariti iussu puellae in fabella populari qua de sermo est opitulatas esse concludam. Cosquin vero (l. l, II. p. 242.) peritis persuasum esse affirmat Psycham ideo formicarum auxilio adiuvari, quod antea ipsa officia quaedam eis praestiterit. Quod necessario minime coniciendum est, immo Cosquin nonnullis fabellis popularibus paulo supra infraque allatis[12]) ipse vineta sua caedit.

Neque magis errabimus, si non arundinem, non turrim puellae praeclaras in expediendis laboribus consiliatrices fuisse credemus, sed in fabella populari maritum puellae consilio suo succucurrisse. Quod optime et Suecorum fabella s. l. (cf. p. 85.) docetur, in qua puella amatori simillima consilia dat, quae in Apulei libro arundo ac turris — et ipsa Apuleiana fabula. An istis

11) cf. supra p. 35. sq. et 'Kuhn-Friedl. l. l.' p. 556 sq.

12) cf. 'Cosquin l. l.' II. p. 240. „Fulmen ac Fragor“ formicas Parmetellae succurrere iubet. Et similia occurrunt in fabellis tribus, quas Cosquin p. 244 affert.

non concessis quisquam explicare potest, cur Venus Psycham a Cupidine adiuvari coniciat[13])?

Media quoque narratione Apuleiana (V. 8 — VI. 8.) ut certa de pristina fabellae popularis forma evincamus, nobis non contingit. Attamen contendenti mihi in fabella ista populari sorores malignas eodem modo mortem obisse et puellam eadem commenta[14]) confinxisse atque nunc legimus, neminem opinor oblocuturum esse. Multo minus certum est, quid fortasse praeterea istorum metamorphoseon capitum ex fabella populari fluxerit. Ac vereor ne nimia assequi voluerim, quod dubitanter in Panis oratione (V. 25.) vestigia quaedam me investigasse indicavi (cf. p. 28.) anuum illarum, quae in Norvegiorum[15]) fabellis (cf. p. 19.) Germanorumque[16]) („Der Wolf mit dem Wockenbriefe") puellae, ut maritum e conspectu evolatum repperiat, suasores exsistunt.

Difficillimum diiudicatu est, quod restat: exordium narrationis Apuleianae. Quam ad quaestionem Dietze et Friedlaender[17]) ad hoc tempus aggressi sunt. Atque Dietze quidem hoc fere exordium fabellae popularis esse arbitratur (utor ipsius verbis, l. l. p. 140.): „Das Ungeheuer verwüstet das Land so lange, bis auf Geheiss des Orakels die Königstochter ausgeliefert wird", et „wir haben uns also die Eltern der Psyche in «der Gegend

13) cf. metam. VI, 13: 'nec me praeterit huius quoque facti auctor adulterinus' et VI. 10.

14) Dico de venatore adulescente et de iuvene negotianti (metam. V. 8, 15).

15) cf. 'Asbj. et Moe,' p. 108.

16) cf. 'Damköhler-Weinhold. l. l.' p. 193.

17) Bollii hac de re disputationem (cf. 'Programma', Celle 1877, p. 13 sqq.) praetermittere licet, quia Friedlaender singulis rebus uberius demonstratis vel aliqua parte emendatis in universum eum sequitur (cf. 'Sittengesch. I[6]', p. 538 sq).

von Milet» wohnend zu denken"; et paulo infra, p. 145.: „Von Hause aus ein in Milet lokalisirtes Märchen." — Quod si vero quaeremus, quibus argumentis Dietze hoc demonstrare studuerit, perpauca inveniemus. Hoc enim tenendum est: de initio fabellae popularis, quae in fabula Apuleiana plus minusve commutata inest, si quis certi aliquid statuturus est, similibus aliarum fabellarum locis collectis et allatis eum comparando verum fabellae initium investigare necesse est. Dietze autem ex cognatis fabellis nullam, qua sententiam suam fulciret, attulit, immo nullam afferre potuit. Unum tantum fabellae cuiusdam popularis vestigium indagasse se Dietze censet: Apollinis Milesii oraculum (l. l. p. 140.). Quo fundamento posito cetera exstruxit ad similitudinem fabulae Apuleianae. In oratione enim, qua Psychae sorores puellam ad id impellunt, ut mariti praeceptum violet, Pythicae quoque sortis mentionem faciunt. Quam orationem ex fabella populari fluxisse Dietze pro certo habet, ac profecto sorores malignas in fabella populari quoque omnes dolos molitas esse verisimile est. Ista vero oratio adeo rhetorum exquisitissimis artificiis exornata[18]) est, ut tota minime ex simplici fabella populari fluxerit. Quoniam autem nulla fabella cognata demonstrare possumus puellae sorores sortem Pythicam commemorasse, equidem sortem isti orationi ex memoria oraculi (metam. IV. 33.) ea mente immissam esse putaverim, ut Psycha ignara quam penitissime animo commoveretur. Itaque solo narrationis Apuleianae initio usi

18) Exempli causa affero haec: ‚saevissimae bestiae sepeliri visceribus', id quod inaudita verborum translatione fere Gorgianum illud notissimum adaequat: ‛γῦπες ἔμψυχοι τάφοι', vel hoc enuntiatum summo tumore molestissime inflatum: ‚quodsi te ruris huius vocalis solitudo vel clandestinae veneris faetidi periculosique concubitus et venenati serpentis amplexus delectant . . '.

quaeramus necesse est, num Apollo Milesius (sorores V. 17. prave de Pythica sorte verba faciunt) in fabella populari occurrerit. Jam autem nos fugere nequit Apollini Milesio nihil commune esse cum fabella populari. Ubi enim cognatarum fabellarum oraculum, ubi Apollo, ubi Miletus occurrunt? Nusquam[19]) sane. Deinde primo fabulae Apuleianae enuntiato, quod fabellae popularis proprium esse nemo negabit, certiores fimus fabellam agi ,in quadam civitate'; paulo infra autem (met. V. 32. 33.) regem prope Miletum regnum tenere cognoscimus: tanta ista discrepantia meo quidem arbitrio satis perspicue edocemur Apollinis Milesii oraculum a fabella populari prorsus abhorrere.

Venimus ad id quod Friedlaender (l. l. p. 538 sq.) de fabulae Apuleianae initio exponit. Qui collata Germanorum — ceteroquin dissimillima Apuleianae — fabella, quae est de „Schneewitchen" Bollio (l. l. p. 13. sq.) assentitur contendenti pro Venere in fabella populari exstitisse magam quandam puellae regiae pulchritudini invidentem. Quae

19) Contra Dietzii verba „ein ursprünglich in Milet lokalisirtes Märchen" et contra persimillimam Zinzowii sententiam, quae contendit Amoris et Psychae narrationem esse — ut nostra lingua utar — „ein milesisches Maerchen" (cf. l. l. p. XXIX sq. et saepius), nonnulla proferre opus est. Spero in posterum neminem de fabulis Milesiis disputaturum esse eo sensu, ut sint „milesische Maerchen". Sane Mileti sicut ubicunque terrarum fabellae infantibus a matribus narratae sunt, sed harum omnium nulla nobis tradita est, nam utrum fabella in Apuleiana narratione inclusa Mileti an Madaurae an Romae an alibi gentium narrata sit, quis vel opinari audebit? Novimus tantum fabulas Milesias quasdem, id est „milesische Erzaehlungen" (de 'historiis' cogitat Bürger cf. 'Hermes' 27. (1892), p. 352 sq.) vel „milesische Novellen" (cf. E. Rohdii disputationem in Mus. Rhenani vol. 48. (1893), p 127 sqq.). Quae fabulae vocantur Milesiae, quia Mileti geri finguntur, non quia Mileti cum pueris puellisque parvulis communicatae sunt matrum et anicularum sermonibus.

maga filium quia puellam illam amat, in draconem mutat; singulis autem noctibus ut puellam intervisat, concedit. Simul constituit adulescentem formam humanam recuperaturum esse, nisi puella praeceptum quoddam laeserit. (Bolle, l. l. p. 13. sq. Friedlaenderum idem censere perspicuum est.) Contra istam coniecturam haud pauca oppositurus sum. Ac primum quidem Germanorum fabella a Friedlaendero allata nihil efficitur, quod „Schneewitchen“ fabella prorsus aliter concepta est, quam fabellae illae quae sunt de „marito animali.“ Nam in Germanorum fabella novercam perpulchram privignae pulchrioris formositati invidere (eodemque modo Venerem pulchriori puellae regiae) consentaneum videtur esse — anum vero magam id potissimum studere, ut pulcherrima totius orbis mulier celebretur, prorsus inauditum est. Et cognatae fabellae omnes nobis suadent, ut animum invidiosum Veneri, non magae fabulosae ascribamus: vexant in fabellis popularibus anus veneficae homines; cur autem vexent, frusta quaesiveris. Mera postremo coniectura est, quod Friedlaender[20]) anum illam carminibus suis id effecisse existimat, ut filium suum draconis forma coërceat. Omitto enarrare quam male hac coniectura accepta fabella popularis procedat, non expono, quam veri dissimile sit magam puellae odio inflammatam filio suo permittere, ut sponsam noctu visat, non explico ceteras, quae hac coniectura admissa exsistunt difficultates: gravissimum hoc est: in fabellis cognatis puellae maritus non ideo bestiae cuiusdam forma indutus est, quod contra matris voluntatem puellam amaverat, sed longe alia de causa[21]) — atque Venerem puellae cuiusdam formositati invidentem, Venerem Cupi-

20) cf. p. 538.

21) Non huius dissertationis est longius de ea re disputare, quam tractavit Kohler (l. l. p. 32. 37 sqq.).

dini imperantem, ut puellae cuiusdam amorem telo suo excitet, Cupidinem matri male parentem, Apollinem obscuro oraculi edicto puellae cuidam infaustam sortem praedicentem — haec omnia quorum nihil in ulla cognata fabella populari occurrit — fabellae populari in Apuleiana narratione latenti invitae inculcabimus?

Haec de fabella populari. Quod si quaeremus, quomodo factum sit, ut fabellam popularem in narratione Apuleiana inesse per longum temporis spatium non intellegeretur: non levissima causa ea est, quod haud pauca ab illo, qui istam narrationem contexuit — sive est Apuleius sive non est; appellare libet eum X — cum fabella populari ita in unum confusa sunt, ut sonus ac tenor fabellae popularis non omnis, sed maxima ex parte exploderetur. Quodsi examinabimus, quem ad modum vel ad quorum exemplorum similitudinem fabella popularis ab illo X immutata sit, quaerendum nobis est cum de Cupidine, de Venere, de ceteris dis tum de eis fabulis quae cum fabulae Apuleianae sermone quam maxime congruunt: de fabulis Graecorum Romanensibus.

Caput tertium.

Fabula Apuleiana cum aetatis Alexandrinae poëtis cumque Graecorum scriptoribus eroticis comparatur.

Inquirenti mihi, quibus rebus fabula Apuleiana a fabella populari recedat, initium capiendum est a nonnullis fabulae locis, quibus res quasdam a fabellae popularis natura omnino abhorrentes invenimus.

Ac primum quidem ille X summo studio angores, motus animi explicat et depingit. Exempla nonnulla affero:

Metam V, 4. Tunc virginitati pro tanta solitudine metuens pavet et horrescit et quovis malo plus timet quod ignorat.

V, 5. Diem totum lacrimis ac plangoribus misella consumit, se nunc maxime prorsus perisse iterans . . . nec lavacro nec cibo nec ulla denique refectione recreata flens ubertim decessit ad somnum.

V. 12. Tali nuntio Psyche laeta florebat et divinae subolis solacio plaudebat . . . et materni nominis dignitate gaudebat . . . sarcinae nesciae rudimento miratur.

V, 18. Extra terminum mentis suae posita . . . tremensque et exangui colore lurida tertiata verba semihianti voce substrepens.

V, 21. At Psyche relicta sola . . . aestu pelagi simile maerendo fluctuat et quamvis statuto consilio et

obstinato animo . . . adhuc incerta consilii titubat multisque calamitatis suae distrahitur affectibus. Festinat, differt; audet, trepidat; diffidit, irascitur et, quod est ultimum, in eodem corpore odit bestiam, diligit maritum.

Ac Veneris animum adeo ira, indignatione agitari X fingit, ut eam bis secum loquentem inducat (IV. 29., V. 29, 30.).

Deinde non semel res vita et sensu carentes animatas esse simulat loquentesque et agentes facit. In fabellis popularibus tale quid interdum fieri supra (p. 21. sqq., 30. sqq.,) vidimus; nec vero nos fugit haud pauca ab illo X esse commutata, nonnulla addita. Locos affero hos:

V, 35. Psycham Zephyrus[1]) sublevat. (cf. quoque V, 7. 8. 14. 15. 17. 21).

V, 22. Ferrum evolat.

V, 23. Lucerna basiare gestit.

V, 25. Fluvius Psycham super ripam exponit.

VI, 28. Gavia cum Venere colloquitur.

VI, 10. Formica verba facit.

VI, 12. Arundo vaticinatur.

VI, 14. ‚Semet ipsae muniebant vocales aquae'.

VI, 15. Jovis regalis ales loquens inducitur.

VI, 17. Turris prorumpit in vocem.

Tertium rerum quarundam partes et particulae summo studio, non sine arte describuntur, ordine enarrantur. Cuius generis sunt haec: IV. 29. Paphon nemo, Cnidon nemo ac ne ipsa quidem Cythera ad conspectum deae Veneris navigabant. Sacra diae praetereuntur, templa deformantur, pulvinaria spernuntur, caerimoniae negleguntur, incoronata simulacra et arae viduae frigido cinere foedatae.

---

1) Utrum in fabella populari puella Zephyro an simpliciter vento sublevata sit, discerni nequit.

IV, 31. Adsunt Nerei filiae chorum canentes et Portunus caerulis barbis hispidus et gravis piscoso sinu Salacia et auriga parvulus delphini Palaemon etc. Talis ad Oceanum Venerem comitatur exercitus.

IV, 33. Diserte explicatur, quomodo parentes, populus Psychae sortem maereant.

V, 1, 2. Arcis simulacra diligentissime enarrantur.

V, 22. Per totum fere caput Cupido et suavissime et elegantissime permultis profusis verbis describitur.

VI, 6. Exponitur, quomodo Venus per aëra vehatur.

VI, 24. Quomodo Psychae et Cupidinis nuptiae in Olympo celebrentur, copiose enarratur.

Ad quae addas eam partem narrationis Apuleianae, quam ex fabella populari non depromptam (cf. p. 40 sqq.) sed artissime cum Venere (cf. p. 43 sq.) et Cupidine [2]) coniunctam demonstravimus. Est haec: Venus puellae pulcherrimae invidiosa Cupidini filio imperat, ut puellae animo sagitta amorem hominis extremi iniciat. Amor autem Apollinis Milesii auxilio puellam in arcem suam abducit. Quod facinus gavia quaedam Veneri enuntiat, irata Venus Amorem cubiculi custodia acriter cohercet. puellam fugitivam requirit [3]), exceptam gravissime torquet, postremo Jovis verbis mitigatur.

Jam arbitror neminem non intellegere quibus exemplis usus ille X animi affectus, lucernam Amorem basiare gestientem, arcem splendidissimam tam subtiliter tamque

---

2) Nam praeter Cupidinem quis tela, quibus amor excitetur, mittere potest?

3) cf. metam. V, 31; VI, 2; VI, 6. cognatis fabellis popularibus certiores fimus ab anu maga puellam non per totum orbem disquiri, sed ipsam maritum avolatum quaerentem ad magae domum pervenire (cf. supra p. 28. et metam. V, 29; VI, 8.)

eleganter edolaverit, quos auctores secutus Cupidinem puellae cuiusdam amoris concitatorem, Venerem filium castigantem, Apollinem puellae sortem praedicentem, Volcanum hominum more cenam coquentem faciat. Omnia ista, ni fallor, ea sunt, quae poësis Alexandrinae, imprimis elegiae, propria novimus. Quod singillatim nunc demonstrari non posse nemo ignorat, admodum pauca enim elegiae Alexandrinae aetatem tulerunt. Sed quomodo poëtarum Alexandrinorum carmina elegiaca composita fuerint, aliquo modo ex imitatione aliorum poëtarum cogitatione assequi possumus. Piguit poëtas elegiacos, imprimis Callimachum [4]), magna carmina epica componere, maluerunt parva carmina eaque summa sollertia, summa elegantia, summa diligentia ad singulam quamque rem elaborare [5]). Praeterea mollitiam et cruciatus [6]) animi, hominum desiderium nescio cuius rei subtiliter et copiose enarrabant, in summis animi affectibus sermone intimo homines ipsos secum loquentes faciebant. Deinde in id quoque inciderunt, ut lapides, arbores, silvas amantium dolorum socias fingerent, sermone humano instruerent. Quibus in rebus tali modo depingendis quin poëtae Alexandrini (sicut ille X) res quasdam ipsarum popularium fabellarum proprias renarrent vel coloribus excolant, dubium non est [7]) (cf. ‚Rohde, l. l.‘ p. 157. sq.).

4) cf. 'E. Rohde, Der griechische Roman und seine Vorläufer', ed. I, p. 22. (affero eis quoque quae seq. pag. ed. I.)

5) Cum Amoris palatio (metam. V, 1. 2.) conferas Solis regiam domum (Ovid. metam. II, 1 sqq.); et sicut Palaemon ‚auriga delphini‘ dicitur (V, 31), ita Doridis filiae piscibus vehuntur (Ovid. l. l. 11 sqq.).

6) Cum Apulei verbis (V, 21) 'Psyche . . . aestu pelagi simile maerendo fluctuat' conferas quae Dilthey exponit in libro suo notissimo. cf. 'De Callimachi Cydippa' p. 69. sq.

7) Quod Rohde de illis poëtis recte iudicavit hoc dicens (p. 109): „Sie versuchten, ohne das Wesentliche der Volks-

Neque hoc mirum videtur, quoniam fabulas quas in versibus inclusuri erant, apud populum collegebant (cf. ‚Dilthey, l. l.‘ p. 117 sqq., ‚Rohde‘ p. 97 sq.). Attamen totas fabellas populares — quantum comperimus — in usum suum non converterunt, sed aliud poëseos popularis genus: legendas quas vocamus. Quae tamen ad similitudinem fabellarum popularium tam prope accedunt, ut in eis nonnullas res fabellarum quoque proprias inesse constet (cf. ‚Rohde l. l.‘ p. 46 sqq. et saepius). Multo autem clarius cognoscemus, quid ille X carminibus poëtarum Alexandrinorum debeat, cum spectaverimus, quomodo Cupidinem, Venerem ceterosque deos adumbret.

Notum est Amorem inde a tertio fere a. Chr. n. saeculo a poëtis Graecis prorsus aliter describi atque temporibus antecedentibus. Audiamus hac de re Furtwaenglerum (cf. ‚Roscher, lex. mythol.‘ I. 1 pag. 1365): „In der hellenistischen Periode tritt in Eros das begriffliche Wesen zurück und das persönliche in den Vordergrund. Diese neue Persönlichkeit ist aber nicht ein edler Jüngling, wie früher, sondern ein loser Knabe, ja, ein mutwilliges Kind. Nun sind Bogen und Fackel seine ständigen Attribute.“

Jn Apuleiana quoque narratione Cupidini arcus et fax tribuuntur (cf. metam IV. 30, 31. V. 30. Similia legimus apud Moschum I. 16 sqq., Asclepiadem cf. Anth. Pal., V. 194. XII. 50. 75. multisque aliis locis.). Optime

überlieferung zu verlassen, den geistigen Inhalt . . . zu vertiefen und vorzüglich durch eine zarte Sentimentalität zu beleben“, in Apuleiana quoque narratione similia invenimus. Vide enim — ut ex exemplis p. 48. allatis duo hoc loco retractem (de ceteris egi p. 64.) — quomodo X lucernae et novaculae „animam“ narratione procedente acrius concitatam faciat. Ac primum quidem Cupidinis aspectu lumen lucernae increbrescit, deinde vaccillat, postremo lucerna ipsa deum basiare gestit; novaculam autem primum acuminis paenitet, tum ipsa Psychae manibus evolat.

autem, quantopere poëtae Alexandrini cum illo X in depingendis Cupidine et Venere conspirent, intelligimus exscriptis locis his:

Apul. metam. IV, 30. Hunc quamquam genuina licentia procacem ... et satis temerarium, qui malis suis moribus contempta disciplina publica, flammis et sagittis armatus per alienas domos noctu discurrens ..... impune committit tanta flagitia et nihil prorsus boni facit.	Bion IV, 13. sq. *κακόν ἔντι τὸ θηρίον.* Moschos I, 10 sqq. *ἔλος ἐστὶν ἀνάμερος ἠπεροπευτάς, οὐ δὲν ἀλαθεύων, δόλιον βρέφος, ἄγρια παίσδει.*
IV, 31. Osculis hiantibus filium diu ac pressule saviata.	Apollonius Rhod. III, 149. *ἐπειρύσασα παρειὰς κύσσε ποτισχομένη.*
V, 22. .. capitis .. genialem caesariem ... genasque purpureas pererrantes crinium globos decoriter impeditos.	Moschos *I*, 12. *ξυπλόκαμον τὸ κάρανον ἔχει δ' ἰταμὸν τὸ πρόσωπον.* Apoll. Rhod. III, 121. *γλυκερὸν δέ οἱ ἀμφὶ παρειὰς χροιῇ θάλλεν ἔρευθος.*
V, 24. Deus amator .. involat proximam cupressum deque eius alto cacumine sic eam ... adfatur	Bion IV, 2 sq. *τὸν ὑπόπτερον εἶδεν Ἔρωτα ἑσδόμενον πύξοιο ποτὶ κλάδον.* (cf. etiam Theocriti id. XIV, 120 sqq.)
V, 29. .. tuae parentis, immo dominae praecepta calcares.	Apoll. Rhod. III, 93. *ἐμεῖο οὐκ ὄθεται, μάλα δ' αἰὲν ἐριδμαίνων ἀθερίζει.*
V, 30. ... castiget asperrime nugonem istum, pharetram explicet, sagittas dearmet, arcum enodet.	Apoll. Rhod. III, 95 sq. *καὶ δή οἱ μενέηνα, περισχομένη κακότητι αὐτοῖσιν τόξοισι δυσήχεας ἆξαι ὀιστούς.* cf. 'Dietze. l. l.', p. 143.

Accedit ad ista narratiuncula apud poëtas Alexandrinos — quantum videmus — usitatissima [8]) haec: Venus

8) cf. 'Rohde l. l.' p. 150; 'Dilthey l. l.' p. 45 sq.

Cupidinem puellae cuiusdam animum sagitta sua violare iubet. Nec praetermittenda est epistula illa, quam Venus Psycham requirens conscribit. De qua (post Crusium) egit Dietze, ‚l. l.' p. 143.

Restat, ut nonnulla de ceteris dis addam. Mirum in modum exeunte fabula [9]) Apuleiana se gerunt. Putares non deos sed homines cenae nuptiali (metam. VI. 24) adesse: 'Volcanus cenam coquebat, Horae rosis et ceteris floribus purpurabant omnia, Gratiae spargebant balsama, Apollo cantabat ad citharam, Musae quoque canora personabant, Venus suavi musicae superingressa formonsa saltavit, scaena sibi sic concinnata, ut Musae quidem chorum canerent tibias inflarent, Satyrus et Paniscus ad fistulam dicerent.'

Similem scaenam [9a]) illum X apud quendam poëtam Alexandrinum invenisse et in usum suum convertisse non negaverim, nam et Callimachus et Apollonius Rhodius ‚id quod apud mortales intra parietes agitur, ad Olympum transferre solebant' (cf. ‚Dilthey, l. l.' p. 45; ‚Rohde, l. l.' p. 88.). Quod autem ipse cenam nuptialem hoc modo exstruxit, certe docilem Callimachi discipulum se praebet. Praeter ea de quibus modo disputavi unum idque gravissimum fabulae Apuleianae proprium est: narratur fabula non simpliciter sicut fabellae populares non eleganter subtiliterque sicut legendae poëtarum Alexandrinorum, sed tumide et artificiose. Interdum eum qui fabulam perlegit, et simplicitate fabellarum popularium et suavitate elegiae Alexandrinae delectari non nego, sed in universum sermo eo tumore inflatus est,

---

9) De Pane ac de Cerere et Junone Psycham tutari nolentibus cf. 'Dietze l. l.' p. 143 sq. De irrisione deorum cf. infra p. 58 sqq.

9a) Idem cadit in ea quae met. V, 31 narrantur.

quem grammatici olim immerito ‚tumorem Africum‘ vocabant. Tribus exemplis allatis — ʽadsunt permulta alia — hanc sententiam fulcio: Legimus (V. 6.) haec:

Et imprimens oscula suasoria et inserens verba mulcentia et ingerens membra cohibentia haec etiam blanditiis astruit: ‚mi mellite, mi marite, tuae Psychae dulcis anima‘.

V, 28. Quod ille quidem montano scortatu, tu vero marino natatu secesseritis, ac per hoc non voluptas ulla, non gratia, non lepos; sed incompta et agrestia et horrida cuncta sint, non nuptiae coniugales, non amicitiae sociales, non liberum caritates, sed enormis conluvies et squalentium foederum insuave fastidium.

VI. ʽper ego te frugiferam tuam dexteram istam deprecor, per . . . currum rapacem et terram tenacem et inluminarum Proserpinae nuptiarum demeacula et luminosarum filiae inventionum remeacula . . .ʼ — Scimus autem fabulas quoque Graecorum Romanenses et rhetorum artificiis exquisitissimis abundare neque rebus a poëtis Alexandrinis assumptis carere. Itaque quatenus Apuleius cum Graecorum scriptoribus eroticis conspiret, compositis utrorumque similibus locis exploraturus sum.

Apul. metam. IV, 28. Puellae vero tam praecipua, tam praeclara pulchritudo.	Xenophon Eph. *A.* II, 5. *ἦν δὲ τὸ κάλλος τῆς Ἀνθείας οἷον θαυμάσαι καὶ πολὺ τὰς ἄλλας ὑπερεβάλλετο παρθένους.*
Multi denique civium et advenae copiosi quos eximii spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat inaccessae formonsitatis admiratione stupidi et admoventes oribus suis dexteram .... ut ipsam deam Venerem venerabantur religiosis adorationibus.	Chariton *A.* I, 1. *φήμη δὲ τοῦ παραδόξου θεάματος πανταχοῦ διέτρεχε καὶ μνηστῆρες κατέρρεον εἰς Συρακούσας* (cf. ʽDietze, l. l.ʼ 139, 10.) Xenophon Ephes. *B.* II, 4. *πάντες ἐτεθαυμάκεσαν τὸ κάλλος καὶ . . . . θεοὺς ἐνόμιζον εἶναι* cf. *A.* I, 1.

	Chariton *A.* I, 16. *πολλοὶ δὲ τῶν παρόντων καὶ προσεκύνησαν.* (cf. etiam *E.* III, 9.)
	Xenoph. *A.* II, 7. *προσεκύνησαν ὡς Ἄρτεμιν.*
IV, 28. Iamque proximas civitates ... fama pervaserat deam .... iam numinis sui passim tributa venia in mediis conversari populi coetibus.	Chariton *A.* 14, 1. *Καὶ γὰρ ἦν τις λόγος, ἐν τοῖς ἀγροῖς Ἀφροδίτην ἐπιφαίνεσθαι* (cf. etiam *A.* I, 1, *B.* II, 6, *E.* 9. 1).
IV, 29. Sic immensum procedit in dies opinio, sic insulas iam proxumas et terrae plusculum provinciasque plurimas fama pervagatur. Iam multi mortalium longis itineribus ... ad saeculi specimen gloriosum confluebant.	Chariton *A. I*, 1. *φήμη δὲ . . πανταχοῦ διέτρεχε . . . . . καὶ μνηστῆρες κατέρρεον εἰς Συρακούσας . . . . οὐκ ἐκ Σικελίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ Ἰταλίας καὶ Ἠπείρου καὶ νήσων τῶν ἐν Ἠπείρῳ.*
IV, 29. Puellae supplicatur et in humanis vultibus deae tantae numina placantur.	Xenophon *A.* 12, 1. *ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἔλεγον ἐπιδημίαν θεῶν. .* *A.* I. 3. *προσεῖχον δὲ ὡς θεῷ τῷ μειρακίῳ. καί εἰσιν ἤδη τινές, οἳ καὶ προσεκύνησαν ἰδόντες καὶ προσεύξαντο* (cf. etiam *A.* I, 6) (cf. ʻRohde, l. l.ʼ, p. 152, 1; ʻDietze, l. l.ʼ, p. 139, 9).
IV, 32. Ut simulacrum fabre politum mirantur omnes «Psycham».	Achilles Tatius *E.* XI, 5. *ἰδὼν αὐτὴν εἴποις «ἂν» ἄγαλμα* (cf. etiam Xenoph. *A* I, 6).
IV, 32. Sic .... miserrimus pater ..... dei Milesii vetustissimum percontatur oraculum .... et ... ingratae virgini petit nuptias et maritum.	Xenophon *A.* V, 9. *τέλος δὲ πέμπουσιν οἱ πατέρες ἑκατέρων εἰς θεοῦ μαντευσόμενοι τὴν αἰτίαν τῆς νόσου καὶ τὴν ἀπαλλαγήν.* (cfr. etiam Achill. Tat. *B.* 14, 1).
IV, 33. Sed dirae sortis iam urguet taeter effectus.	Xenophon *A.* 10, 2. *ἀλλ᾽ οὐχὶ τὸ εἱμαρμένον ἐτετέλεστο.*
IV, 34. Ipsa illa filia talibus eos adhortatur vocibus: ʻquid infelicem senectam fletu diutino curciatis? ... haec.. vobis egregiae formonsitatis meae	Chariton ς 6, 3. *ἔρρωσο, πάτερ, καὶ σύ, μῆτερ καὶ Συρακοῦσαι πατρίς · οὐκέτι γὰρ ὑμᾶς ὄψομαι. Νῦν ὡς ἀληθῶς Καλλιρρόη τέθνηκεν.* Xenoph. *E.* V, 5.

praeclara praemia... tunc me iam quasi peremptam lugere debuistis. Iam sentio iam video solo me nomine Veneris perisse.	ὦ κάλλος ἐπίβουλον, ω δυστυχὴς εὐμορφία, τί μοι παραμένετε ἐνοχλοῦντα; τί δὲ αἰτία πολλῶν κακῶν μοι γίγνεσθε.
IV, 34. ..... toto prosequente populo vivum producitur funus et lacrimosa Psyche comitatur non nuptias sed exequias suas	Achill. Tat. *A.* XIII, 6. ἡ νυμφική σοι δᾳδουχία ταφὴ γίνεται. Aristainetos ep. *I*, 1 . . . καὶ πρὸς ἐκφορὰν ἀντὶ νυμφαγωγίας (cf. Dilthey, p. 91.)
IV, 34. Sed monitis caelestibus parendi necessitas misellam Psychen... efflagitabat. IV, 35. .... ingressuque iam valido pompae populi prosequentis sese miscuit.. taedasque nuptiales, quibus praeluxerant ibidem.... extinctas.	Xenophon *A* 10, 6. ὡς δ' ἦλθεν ἡ τῆς ἀναγωγῆς ἡμέρα πολλοὶ μὲν οἰκέται πολλαὶ δὲ θεράπαιναι . . . . πᾶν μὲν τὸ Ἐφεσίων πλῆθος παρῆν παράπεμπον πολλοὶ δὲ καὶ μετὰ λαμπάδων καὶ θυσιῶν.
V, 1. Fontem vitreo latice perlucidum medio luci meditullio IV, 35, V, 1. ...... vallis subditae florentis caespitis gremio... toro roscidi graminis ..... videt lucum proceris ac vastis arboribus consitum	Achill Tat. *A.* 15, 6. ἐν μέσοις δὲ τοῖς ἄνθεσι πηγὴ ἀνέβλυζεν. Achill. Tat. *A.* I, 3. ἐκόμα πολλοῖς ἄνθεσιν ὁ λειμών, δένδρων αὐτοῖς ἀνεμέμικτο φάλαγξ καὶ φυτῶν.
V, 6. Mi marite, tuae Psychae dulcis anima. IV, 2. Miserandae Psyches animae, supplicis tuae, subsiste	Xenoph. *Γ.* V, 4. ἀλλ' ὦ φιλτάτη μου πασῶν Ἁβροκόμου ψυχή, μηδέν τι ὑπὲρ ἐμοῦ λυπηθῇς. cf. etiam *Γ.* VI, 5. Heliodorus *I*, 2. ἀλλ' ὦ ψυχὴ ἐμή, ποῦ ποτ' ἄρα τυγχάνεις.
V, 17. Nunc recordare sortis Pythicae	Helio(lor. *X*, 41. ἐνθύμιον τοῦ χρησμοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς.
V, 21. Multisque calamitatis suae distrahitur affectibus etc.	Chariton *E.* VIII, 2. πάντα δ' ἦν ὁμοῦ· δάκρυα, χαρά, θάμβος, ἔλεος, ἀπιστία, εὐχαί. Affectus praeterea passim ab omnibus fabularum Romanensium scriptoribus describuntur.
V, 22. Psyche tanto aspectu deterrita et impos animi, mar-	Heliodor. *I*, 12. ... τὴν κλίνην καὶ τὸν θάλαμον ἐν κύκλῳ περι-

cido pallore defecta tremensque . . . quod profecto fecisset, nisi ferrum . . . . manibus . . . . evolasset . . . . . saepius divini vultus intuetur pulchritudinem.	εσκόπουν, εἰπεῖν τι ἀπορῶν, πρᾶξαι ἀμαχανῶν. ἐκπίπτει μου καὶ τὸ ξίφος τῶν χειρῶν.
V, 25. Per proximi fluminis marginem praecipitem se dedit. Sed mitis fluvius . . . . eam innoxio volumine super ripam florentem herbis exposuit.	Xenophon *A.* II, 6. ἐμπίπτει δὲ ὁ Ἁβροκόμης τῷ ῥεύματι καὶ ἐφέρετο οὔτε τοῦ ὕδατος αὐτὸν ἀδικοῦντος ἀλλά παραπέμποντος τοῦ ῥεύματος.
V, 25. Cupidinem deorum maximum percole . . blandisque obsequiis promerere.	Achill. Tat. *E.* 12, 2. χάρισαι τῷ θεῷ.
V, 26. Tu quidem . . . . confestim toro meo divorte tibique res tuas habeto.	Heliodorus VI, 7. ἀλλὰ σὺ μὲν Ἀθήνας τε τὰς σὰς καὶ γένος καὶ οἶκον τὸν σὸν κομίσαιο.
V, 28. Psyche quaestioni Cupidinis intenta populos circumibat.	Xenoph. *B.* 12, 2. «Ἁβροκόμης» εἰς ἐπιζήτησιν τῆς Ἀνθείας ἔρχεται.
VI. 2. Tunc Psyche pedes eius advoluta . . . . veniam postulabat . . . . . . miserandae Psyches animae . . subsiste . . .	Achilles Tat. *E.* 17, 3. ‘ἐλέησόν με’, ἔφη, ‘δέσποινα . . .’
VI, 3. Tunc genu nixa . . . . . sic adprecatur ‘Magni Jovis germana et coniuga . . . . . . sis meis extremis casibus Juno Sospita . . . . quod sciam soles praegnatibus periclitantibus ultro subvenire.’	Xenophon *E.* 4, 10. ἐλθοῦσα δὴ καὶ ἡ Ἄνθεια προσπίπτει τῷ Ἄπιδι. ‘Ὦ θεῶν’, ἔφη, ‘φιλανθρωπότατε, ὁ πάντας οἰκτείρων ξένους, ἐλέησον κἀμὲ τὴν κακοδαίμονα.’
VI, 9. Venus laetissimum cachinnum extollit . . . caputque quatiens . . . . inquit.	Achilles Tat. *A.* VII, 2. ὁ δέ μοι μειδιῶν καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπισείων ἔλεγεν.
VI, 10. Involat eam vestemque plurifariam diloricat capilloque discisso et capite conquassato graviter affligit.	Xenophon *E.* V, 2. ‘Ρήνεια μεταπέμπεται τὴν Ἄνθειαν . . . . καὶ περιρρήγνυσι τὴν ἐσθῆτα καὶ αἰκίζεται τὸ σῶμα.
VI, 9. Et audaciter in capillos eius immissa manu trahebat eam . . .	Achill. Tat. *E.* 23, 5. ἑλκύσας δὲ τῶν τριχῶν ῥάσσει πρὸς τοὔδαφος καὶ προςπίπτων κατακόπτει με πληγαῖς.

VI, 10. Psyche ... immanitate praecepti consternata silens obstupescit.	Heliodor. V, 6. ἰλιγγιάσαντες οὖν πρὸς τὴν θέαν ἐπὶ πλεῖστον ἀχανεῖς εἱστήκεσαν. Achill. Tat. ς 4, 3. ἡ μὲν δὴ τῷ παραλόγῳ τῆς συμφορᾶς ἐκπλαγεῖσα ἐσιώπησεν.
VI, 11. 'non tuum', inquit, 'nequissime .. opus, sed illius, cui tuo, immo ipsius malo placuisti.'	Xenophon *E*. V, 2, 3. ὦ πονηρά', λέγουσα '... ματαίως ἔδοξας Πολυΐδῳ καλή, οὐ γάρ σε ὀνήσει τὸ κάλλος τοῦτο'.
VI, 13. ... contortis superciliis subridens amarum sic inquit..	Chariton *Δ*. IV, 9. ὁ Μιθριδάτης συνήγαγε τὰς ὀφρῦς καὶ δεινὸν βλέπων[10]) . . . φησίν.
VI, 20, 21. Et cum dicto reserat pyxidem.. sed infernus somnus.... statim.... invadit eam.... et in ipso vestigio... conlapsam possidet.	Xenophon *Γ*. VI, 5. εἰποῦσα ἔπιε τὸ φάρμακον καὶ εὐθὺς ὕπνος τε αὐτὴν κατεῖχε καὶ ἔπιπτεν εἰς γῆν.
VI, 24. Nec mora cum cena nuptialis affluens exhibetur... Apollo cantabat ad citharam, Musae quoque canora personabant Venus suavi musicae superingressa formonsa saltavit ..... ut Musae ..... tibias inflarent, Satyrus et Paniscus ad fistulam dicerent.	Longos *Δ*. 37, 2. καὶ τὴν ἑορτὴν παρεσκευάζοντο λαμπρῶς. Longos *Δ*. 38, 3. Φιλητᾶς ἐσύρισε, Λάμπις ηὔλησε, Δρύας καὶ Λάμων ὠρχήσαντο. Χλόη καὶ Δάφνις ἀλλήλους κατεφίλουν.
Accumbebat summum torum maritus, Psychen gremio suo complexus .... sic rite Psyche convenit in manum Cupidinis et nascitur illis ...... filia, quam Voluptatem nominamus.	Longos *Δ*. 37, 1. ἐδόκει δὲ κἀκείνοις ποιμενικοὺς τινας αὐτοῖς ποιῆσαι τοὺς γάμους. *Δ*. 39, 2. nascuntur illis puer quem Philopoemenis, puella quam Agelae nomine vocant.

Tabula ista satis multa docemur. Puellae pulchritudo, cena nuptialis, affectus animi, adprecatio dei cuiusdam

10) Sive ἰδών, cf. 'Fayûm towns and their papyri'. Lond. 1900. p. 78, 49.

prorsus simili modo et ab Apuleio et a scriptoribus eroticis Graecis describuntur; accedunt singula quaedam: in fabulis quoque Romanensibus reperimus puellae ἐκφοράν, domos splendidissimas, fluvium puellae parcentem, Apollinis oraculum, mulierem puellam vexantem. Interdum ipsis verbis fabulae Romanenses tantopere conspirant cum narratione Apuleiana, ut nonnulla eodem ex fonte petita esse recte statuatur. Praeterea autem in Graecorum fabulis Romanensibus homines sibi ipsos saepissime manus inferre nemo est qui ignoret: apud Apuleium Psycha quinquies voluntariam mortem obitura[10a]) est. Deinde in Xenophontis fabula amantes propter Cupidinis, in Charitonis fabula propter Veneris iram calamitatibus obstringuntur (cf. ‚Heinze, Petron und der griechische Roman‘ in Hermae vol. XXXIV. (1899) p. 501.), Apulei fabulam totam Venus irata[11]) moderatur. Nec deest in narratione Apuleiana Graecorum Τύχη, nam fortunam his locis invenimus: metam. IV. 31; V. 5. 9. 11; et Προνοίᾳ[12]) Charitonis apte respondet quam apud Apuleium legimus: Providentia (V. 3; VI. 15.). Quodsi vero quaeremus, qua de causa ille X fabellam popularem artificiis rhetoricis instructam renarret, cur (exceptis aliis rebus quae in Graecorum fabulis Romanensibus iterum ac saepius occurrunt) Veneris ira, quamvis moleste cum fabellae argumento pugnet, narrationem regi fingat, hoc statuendum est: voluit componere fabulam amatoriam, qualem ipsius temporibus omnibus in deliciis fuisse conicere licet.

10a) Metam. V, 22. 25. VI, 12. 14. 17.

11) cf. IV, 30. 31. V, 29. 30. VI passim. Interdum Veneris ira cum fabellae popularis argumento mire discrepat. Quomodo enim Venus Psychae apud inferos „has omnes et multas alias insidias“ instruere possit, non intellegimus. Quod primus observavit Dietze cf. 'l. l.' p. 141.

12) cf. Γ. III, 10 et 12; Γ. IV, 7 (Rhode 'l. l.' p. 492).

Jam non mirabimur quod nec pictores nec sculptores antiquorum temporum Psycham Cupidinemque ad similitudinem fabulae nostrae amatoriae adumbrabant. Nam tales narrationes in paucorum notitiam perferuntur nec dignae esse solent, quibus posteriorum quoque saeculorum homines delectentur[13]).

Duabus denique rebus narratio Apuleiana notabilis est, quibuscum nec carminum poëtarum Alexandrinorum nec fabularum Romanensium locos comparare possimus: Apuleius compluribus locis deos irridet et in civitatis Romanae instituta ac leges iocatur. Sunt hi loci:

V, 25. Puella scitula 'sum quidem rusticanus et upilio . . .'

V, 28. Quod ille quidem montano scortatu . . . illud incrementum lenam me putabit.

V, 29. Nec me iam per aetatem posse concipere . . . immo ut contumeliam magis sentias aliquem adopturam de meis vernulis . . .

V, 30. Me, inquam, ipsam parricida denudas cotidie . . . cui saepius in angorem mei paelicatus puellas propinare consuesti.

V, 31. An ignoras eum masculum et iuvenem esse et praeterea cordata mulier filii tui lusus semper explorabis? . . . tuas artes tuasque delicias in formonso filio reprehendes . . . tuae domus amores amare coherceas et vitiorum muliebrium publicam praecludas officinam?

IV, 32. Apollo quanquam Graecus et Jonicus . . . sic latina sorte respondit.

IV, 33. . . . luctuque publico congruens edicitur iustitium . . .

V, 26. Toro meo divorte tibique res tuas habeto, ego vero sororem tuam . . . iam mihi confarreatis nuptiis coniugabo.

VI, 4. Tunc etiam legibus, quae servos alienos perfugas invitis dominis vetant suscipi, prohibeor.

VI, 7. Ne si quis occultationis illicitae crimen subierit, ignorantiae se possit exusatione defendere . . . libellum ei porrigit, ubi Psyches nomen continebatur et cetera . . .

VI, 8. Conveniat retro metas Murtias Mercurium praedicatorem . . .

VI, 9. Impares enim nuptiae et praeterea in villa sine testibus et patre non consentiente

13) cf. 'Wilamowitz, Asianismus u. Atticismus' (Hermes 1900) p. 8 extr.

VI, 4. . . . praestare me pudor non sinit.

VI, 16. Venus vino madens et fraglans balsama.[13a])

VI, 22. Domine fili, nunquam mihi concessu deum decretum servaris honorem, sed istud pectus meum . . . convulneraris sqq. . . . siqua nunc in terris puella praepollet pulchritudine . . . VI, 23. Dei conscripti . . . factae legitimae non possunt videri ac per hoc spurius iste nascetur.

VI, 22. Contra leges et ipsam Juliam . . . laeseris.

VI, 23. Si qui . . . defuisset in poenam X milium nummum conventum iri . . . iam faxo nuptias . . . iure civili congruas. VI, 24. Sic rite Psyche convenit in manum Cupidinis.

Quae narrationis ‚lumina' adeo conformata sunt, ut ex unius hominis ingenio ea nata esse verisimile sit: insulse et impudice plurima sunt dicta, omnia parum apte assumpta et ficta videntur[14]). Quoniam autem ceteris quoque metamorphoseon libris Apuleius interdum verba quaedam ad Romanorum leges vel instituta alludentia[15]) addidit, merito ab ipso Apuleio in Psychae et Cupidinis fabulam talia immissa esse concludimus. Simul evincitur irrisionem, qua in fabula Apuleiana deos conspersos videmus, ab ipso Apuleio narrationi adiunctam esse. Praeter eam enim quam paulo supra (hac pagina) edixi causam, hoc accedit: interdum Apuleius eisdem verbis Romanorum leges moresque perstringit et deos illudit[16]). Enumeratis rebus quibus fabula Apuleiana composita est, iam quaerendum est, utrum Apuleius ipse Amore et fabella populari confusis fabulam nostram amatoriam condiderit necne[17]) — id est: sitne Apuleius ipse ille quem statui X.

13a) cf. etiam ea quae de Clarone dicuntur (VI, 18).

14) Persimilia in quibusdam Luciani scriptis occurrere Dietze ostendit (l. l. p. 143 sq.).

15) cf. metam. III, 2 sqq.; VIII, 24; IX, 27.

16) cf. VI, 22 (Juppiter — lex Julia); VI, 23 (Mercuris poenam X milium nummum pronuntiat; dei conscripti).

17) cf. 'Friedl. l. l.' III[6], p. 469; 'Teuffel, Stud. u. Charakt.' p. 578.

Quam ad quaestionem recte diiudicandam Apuleius ipse viam nobis ostendere videtur verbis his (IV. 32): ,Apollo quanquam Graecus et Milesius propter Milesiae conditorem sic Latina sorte respondit'. Sed quoniam pro certo statuere non possumus dicatne Apuleius de metamorphosibus in universum[18]), an de sola narratione quae est de Psycha et Cupidine[19]), equidem ex hoc loco nihil concludam[20]).

Ita testimoniis neglectis sola ratione inquiramus necesse est. Conferas igitur locum, quem ab Apuleio compositum ostendimus cum loco quodam quem antea illi X tribuimus: (V. 30) ,cui (id est Marti) saepius in angorem mei paelicatus puellas propinare consuesti'; (IV. 28) ,novo caelestium stillarum germine non maria sed terras Venerem aliam virginali flore praeditam pullallasse'. Deinde legimus (VI. 22): ,istud pectus meum ... convulneraris assiduis ictibus crebrisque terrenae libidinis foedaveris casibus contraque leges et ipsam Juliam turpibus adulteriis existimationem . . . meam laeseris' et (VI. 1) ,unde autem . . . scio an et istic meus degat maritus' sive (IV. 30) «Amor» ,qui malis suis moribus contempta disciplina publica . . . impune committit tanta

---

18) Id quod censet Bürger ('Der antike Roman vor Petronius' in Hermae vol. 27. p. 353); quem sequitur Dietze 'l. l.' p. 146.

19) Id quod verisimile existimat Rohde cf. 'Rhein. Mus.' 48. p. 134.

20) Neque inde quod Apuleius (IV, 32) quasi excusationem petens (cf. 'Zinzow l. l.' p. 121 sq.; quem sequitur Dietze 'l. l.' p. 145). Apollinem latine loquentem inducit, ab Apuleio renarrari 'historiam' Graecam demonstrari potest. Quidni enim Apuleius ipse fabulam nostram prope Miletum agi fingere potuit? Quo statuto non mirum videtur esse quod his verbis usus: 'propter Milesiae conditorem sic Latina sorte respondit' Apollinem Jonicum Graeca lingua non vaticinantem facit.

flagitia et nihil prorsus boni facit'. Jam merito dubitabimus possintne talia ab uno scriptore[20a]) pangi. Videmus his locis (V. 30, VI. 22) rhetorem frigidum sordida et impura verba misere tornantem; ceteris autem quos modo attuli locis quanto studio quanta diligentia quanto ut ita dicam amore singulae res excogitatae et compositae sunt, quam lepide Amor illuditur!

Itaque etsi non certum attamen verisimile est illum quem statui X non esse Apuleium, sed scriptorem eroticum Graecum[21]). Graece autem Cupidinis et Psychae amores ab Aristophonte in libris qui Dysarestia inscribuntur narrata erant[22]). Sed X esse Aristophontem negaverim, quod hanc fabulam ,enormi verborum circuitu discere cupientibus prodidit'. Quod autem Fulgentius expressis verbis talia pronúntiat, Aristophontis de Cupidine et Psycha fabula tumidius — hoc conicere licet — narrata erat Apuleiana: Apuleium autem fabulam renarraturum non compressisse eam sed inflasse verisimile est. Sed non adeo dolendum est quod Aristophontis nomine X appellare non licet, neque enim de illo Aristophonte ulla praeterea notitia ad nos pervenit: et quantillum nomine lucramur? Satis est quod ex Apulei narratione de ingenio illius X pauca discimus. Qua in re summa cum cautione iudicandum esse apparet: quis enim accurate discernere potest, quid narrationis ex Apulei, quid ex illius X animo fluxerit? Exceptis rebus eis quas supra (p. 58 sq.) Apuleio tribuimus, unum certo iudicio affirmare possumus: dicendi genus, quo Apuleius utitur,

---

20a) Dietze (p. 145 sq.) eandem profitetur sententiam.

21) „Graecum" esse scriptorem illum X arbitror propter ea quae hoc dissertationis capite eposui. Accedit quod Apuleius in metamophosibus Graecorum scriptorum fabulas — non Romanorum — in usum suum convertit.

22) cf. 'Fulgentius, mytholog.' III, 6.

ut in ceteris metamorphoseon libris, ita in fabula nostra artificiis suis rhetoricis[23]) nonnullis locis ad summum tumorem[24]) perduxit. Nec vero est dubium quin X ipse fuerit rhetor: id quod demonstratur sermonis luminibus narrationi adiunctis. Occurrunt enim in fabula Apuleiana satis multae ἐκφράσεις[25]) et quadraginta orationes plus minusve rhetorum artificiis instructae[26]). Quarum quot Apuleius fabulae immiserit, quot in fabella populari iam exstiterint nescimus: nonnullas ab X fabulae esse adiunctas certum videtur esse.

In universum autem X coniungens Amorem cum serpenti fabulosa, deos cum fabella populari, id fecit quod

---

23) De qua re cf. 'Norden, Antike Kunstprosa' II, 600 sqq.

24) Quod nobis occurrit imprimis in orationibus narrationi immissis cf.: V, 6. 9. 10. 17. 18. 20. 28. 29. 30; VI, 2. 22. Deinde ab Apuleio imaginem de bello repetitam et ineptissime excogitatam capitibus 11. 12. libri V. additam esse arbitror. Quam imaginem Apuleius in deliciis videtur habuisse, addidit eam enim etiam capp. 16. 17. libri metam. II, id quod evincitur comparatis his capp. cum capp. VI. VII. libelli Pseudolucianei qui inscribitur: Λούκιος ἢ ὄνος.

25) cf. 'ἔκφρασις προσώπων': IV, 28 (puella pulchra) V, 22 (Amoris figura, crines etc.) IV, 31 (Venus cum exercitu marino- VI, 6 (Venus per aëra vecta); 'τόπων': V, 1 (lucus) V, 1 (palatium) VI, 15 (mons inaccessus) etc.

26) Haud scio an orationes quibus duae sorores malignae de Psycha eiusque marito secum altercantur certis ex rhetorum praeceptis (ab Apuleio?) sint compositae. Conferas enim quomodo ex. c. Aphthonius (cf. Spengelii Rhet. Gr. II, 27 sq.) ἀνασκευὴν condi iubeat. ἡ τῶν φησάντων διαβολή: V, 10 'recordare enim quam superbe, quam adroganter nobiscum egerit et ipsa iactatione immodicae ostentationis tumentum suum prodiderit animum etc.' V, 17: 'quid, soror, dicimus de tam monstruoso fatuae illius mendacio.' ἡ τοῦ πράγματος ἔκθεσις: 'tunc adulescens modo florenti lanugine barbam instruens, nunc aetate media candenti canitie lucidus.' ἀσαφὲς καὶ ἀπίθανον κ. τ. λ.: 'quis ille quem temporis modici spatium repentina senecta reformavit?'

Horatius notissimis verbis initio artis poëticae vituperat: humano capiti cervicem equinam iunxit. Sed singulae res passim optime sunt lusae: procul dubio fabula Apuleiana fabulis Graecorum Romanensibus poëtico colore longe praestat. Puellae pulchritudo quidem in omnibus fabulis Romanensibus Graecis eisdem semper verbis describitur, ut fastidio similitudinis plane satiemur: apud Apuleium iucunde ac suaviter varium in modum[27]) Psychae pulchritudo celebratur. Quin etiam illa in parte fabulae qua puella curiosa mariti formam scrutata lucernam incendit dulcissimis et suavissimis verbis adeo narratio abundat, ut fabellas ipsas populares gratia et dulcedo narrationis Apuleianae aliquanto superet. Nonnulla minus apte videntur excogitata[28]). Vide enim quam stolide post Psychae orationem (V. 34) continuetur narratio (V. 35): ‚sic profata virgo conticuit ingressuque iam valido pompae sese miscuit.' Deinde initio fabulae legimus (IV. 32): ‚duae maiores sorores . . . procis regibus desponsae iam beatas nuptias adeptae'; in libri V. autem cap. IX. extremo, X. ineunte Apuleius (vel X) id omnino oblitus est. Ita per totam fabulam res optime et minus bene confictae occurrunt. Quam pulchre Amor illuditur verbis his (IV. 30): ‚corrumpens omnium matrimonia impune committit tanta flagitia et nihil prorsus boni facit', quam suaviter Psychae his (VI. 20): ‚ecce inepta ego divinae formonsitatis gerula, quae nec tan-

27) Imprimis IV, 28: deam quam caerulum profundum pelagi peperit et ros spumantium fluctuum educavit iam numinis sui passim tributa venia in mediis conversari populi coetibus, vel certe rursum novo caelestium stillarum germine non maria sed terras Venerem aliam virginali flore praeditam pullulasse.

28) Non dico de annominationibus ceterisque frigidis rhetorum artificiis; de quibus cf. p. 61 sq., sed cf. discrepantias eas, quas indicavi supra. p. 11 sqq. 38 sq.

tillum quidem indidem mihi delibo, vel sic amatori meo formonso placitura': at quam neglegenter haec sunt dicta ,his verbis et amplexibus mollibus decantatus maritus' (V. 13). Ac nisi rhetor nemo in id incidere potuit ut initio fabulae verbo tenus e fabella populari deprompto nec multo infra fabellae argumento paululum atque optime dilatato[29]) tot tantasque orationes fabulae immitteret, ut Amoris arcem, Amoris crines, Psychae pulchritudinem, Veneris iram tot profusis verbis[30]) describeret. In eis locis quibus fabella popularis elegantissime a X exornata est hosce numeraverim: IV. 33, (puella nuptura deterget lacrimas ipso suo flammeo), V. 4 (cf. annot. 30), V. 11 (Psychae infans praedicitur aut divinus aut mortalis), V. 21. 22. 23., VI. 1., VI. 16., VI. 20. 21. Contra quam nos taedet harum umbrarum: Sollicitudinis, Tristitiei, Consuetudinis, Voluptatis.

Denique is qui fabulam Apuleianam perlegit, non uno loco delectatur rebus sive actionibus sive condicionibus, quae ad corpus humanum pertinent, accurate et interdum egregie descriptis. Operae pretium videtur esse locos exscribere: IV. 29: impatiens indignationis capite quassanti fremens; IV. 33: puella nuptura deterget lacrimas ipso suo flammeo; IV. 35: taedas . . . lacrimis suis extinctas; IV. 35: vibratis hinc et inde laciniis et reflato sinu; V. 6: imprimens oscula suasoria et inserens verba mulcentia et ingerens membra cohibentia; V. 8: iuvenem . . . commodum lanoso barbitio genas

29) cf. V, 4. 'tunc virginitati suae pro tanta solitudine metuens pavet et horrescit et quovis malo plus timet quod ignorat.'

30) Quanto studio tales ἐκφράσεις conscriptae sint, cognoscimus e verbis libri IV. cap. 31: 'talis ad Oceanum Venerem pergentem comitatur exercitus.' Similiter Achilles Tatius (A XV, 2) tanquam magnum quoddam profecisset, dicit: 'τοιαύτη τις ἦν μιλία φυτῶν.'

inumbrantem; V. 12: sarcinae nesciae rudimento miratur de brevi punctulo tantum incrementulum lucupletis uteri; V. 13: lacrimasque eius crinibus suis detergens; V. 15: maritum . . . medium cursum aetatis agere interspersum rara canitie; V. 18: exangui colore lurida tertiata verba semihianti ore substrepens; V. 20: — exordio somni prementis implicitus altum soporem flare coeperit; VI. 2 Psyche pedes eius advoluta et uberi fletu rigens deae vestigia humumque verrens crinibus . . .; VI. 4 genu nixa et manibus aram tepentem amplexa detersis ante lacrimis; VI, 9. VI, 10. (cf. supra pag. 55.); VI. 11: vino madens et flagrans balsama totumque revincta corpus rosis micantibus; VI, 15. ales . . propansis utrimque pinnis . . . libratisque pinnarum nutantium molibus; VI, 21 Cupido per altissimam cubiculi quo cohibebatur elapsus fenestram refectisque pinnis aliquanta quiete, longe velocius provolans . . .; VI. 22. Juppiter prehensa Cupidinis buccula manuque ad os suum relata consaviat . . .[30a]).

Continetur istis rebus studium quoddam singula omnia ad verum exprimendi et curiose describendi; nec est dubium, quin libellum, qui ist de Psycha et Cupidine, evolventes voluptatis aliquantum inde capiamus quod talia videmus scripta. His quoque rebus illum X non semel poëtas Alexandrinos prospero successu imitari existimo (cf. IV, 33, 35. V, 12, V. 18, alia. De verbis quae extant V. 13 cf. ‚Dietze l. l.‘ p. 144.; ad caput 22. libri VI. cf. ‚Apollonii Rhodii Argon.‘ III. 149). Nonnulla istorum fortasse Apuleius ipse fabulae addidit; occurrunt enim talia saepius in metamorphosibus[31]). Magni autem

30a) cf. etiam V, 23 (supra p. 10).

31) cf. I, 2 ore in latus detorto pronus adfectat, I, 13 stridorem incertum per vulnus effunderet et spiritum rebulliret, I, 15 ille marcidus et semisopitus in alterum latus evolutus,

momenti est, quod ne in ‚historiis' quidem Graecorum similia desunt; quodsi raro occurrunt, nihil aliud efficitur, nisi ut ceteros Graecorum scriptores eroticos et veritatem rerum spernere et poëtas Alexandrinos minus anxie imitari cognoscamus Praeter Xenophontis Achillisque Tati locos quos excripsi p. 55, non pauci accedunt; affero e. c. hos: Achil. Tat. H. I. 4: *λανθάνει μου τῷ στόματι προσπταίσας τὴν χεῖρα, καὶ τρωθεὶς τοὺς δακτύλους, μόλις τὴν χεῖρα συνέστειλεν ἀνακραγών.*

Heliod. II, 35. *ὀρθὸς τὴν αὐχένα καὶ ἀπὸ τοῦ μετώπου τὴν κόμην πρὸς τὸ ὄρθιον ἀναχαιτίζων, ἡ ῥὶς ἐνεπαγγελία θυμοῦ καὶ οἱ μυκτῆρες ἐλευθέρως τὸν ἀέρα εἰςπνέοντες.*

Long. *Α*. V, 2. *τὸ δὲ παιδίον ἀκλαυτὶ λάβρως εἰς ἀμφοτέρας τὰς θηλὰς μεταφέρον τὸ στόμα καθαρὸν καὶ φαιδρόν, οἷα τῆς οἰὸς τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον ἀπολιχμωμένης μετὰ τὸν κόρον τῆς τροφῆς. Δ*. 38, 4. «*Δάφνις*» *φυλλάδα χλωρὰν ἔδωκε καὶ κρατήσας ἐκ τῶν κεράτων κατεφίλησεν.*

III, 10: illi dolorem ventris manuum compressione sedare . . ., III, 21. II, 26. X, 21. X, 32 etc.

Caput quartum.

Conclusio.

Eis rebus de quibus in capite III. egi, pro certo arbitror demonstrari fabulam quae est de Psycha et Cupidine eidem narrationis generi ascribendam esse atque Graecorum fabulas Romanenses.[1]) Quod quamvis parvi esse momenti videatur, tamen dignum est, de quo pauca exponamus. Praecipue quaerendum est, quibus temporibus fabula Apuleiana ab illo X sit condita. Dietze (l. l. p. 147) eam primo a. Chr. n. saeculo compositam esse ducit. Quam coniecturam ad veritatem prope accedere existimo; nam illum X ea de causa multo ante Apulei aetatem floruisse arbitror, quia unus ex scriptoribus eroticis Graecis diligentissime vestigia poëtarum Alexandrinorum presserit. Notum est in omnibus fabulis rhetorum Graecorum amatoriis homines sicut umbras exsangues verba declamitare quae aurem pulsant, animum non commovent:

1) Fabulas istas ex consuetudine dicimus 'Romanenses.' Quam male haec vox de his fabulis dicta sit, nuper diserte explicavit E. Klebs ('Apollonius aus Tyrus' Berol. 1899. p. 310 sqq.). Proponit Klebs, ut eas appellemus fabulas sophistaram amatorias. At nunc temporis scimus iam ante sophistarum aetatem fabulas amatorias exstitisse (cf. fragm. papyr. quae sunt edita in Hermae vol. XXVIII, p. 161 sqq.; XXX, p. 144 sqq.; et quae magna cum sagacitate exponit R. Heinze in Hermae vol. XXXIV, p. 510 sqq.); itaque aptius eas vocamus fabulas rhetorum amatorias.

in fabula Apuleiana Psychae salus nobis curae est, Amoris dolore afficimur, Veneris crudelitatem aegre ferimus. Quam narrationis pulchritudinem imprimis fluxisse e fabella populari non nego, sed res quas X ad similitudinem poëtarum Alexandrinorum carminum finxit, identidem non minus bene videntur iactae. Deinde hoc quoque modo Psychae Cupidinisque fabulam multo ante Apulei tempora scriptam esse ostendere possumus. Antea viris doctis persuasum erat scriptores eroticos Graecos fabularum argumenta mente confingere[2]) solitos esse; proximis annis hoc initio fabularum rhetorum amatoriarum proprium non esse didicimus. Verisimillimam enim duco Wilkenii[3]) coniecturam hanc: '. . . die ältesten selbständigen erotischen Erzählungen in Prosa, deren Kunde uns verloren ist, haben sich vielleicht inhaltlich noch enger an die Sagen, wie sie in der hellenistischen Dichtung und andrerseits gelegentlich von den Historikern verarbeitet waren, angeschlossen, bei den Späteren ist dann das Sagenhafte immer mehr geschwunden, bis zuletzt nur noch die Namen an den ursprünglichen Ausgangspunkt erinnerten.' Ita Achillis Tati *Λευκίππη*, Charitonis *Καλλιῤῥόη*, fragmenti Berol. *Παρθενόπη* (Wilcken l. l.), Longi *Δάφνις*[4]) nomine tantum fabularum mythicarum memoriam afferunt; in fabula amatoria quae est de Nino (Hermes XXVIII, 161 sqq.) certissima vestigia regis fabulosi exsistunt

---

2) E. Rohde l. l. p. 352, sed cf. 'Schmidt, Atticismus' III, p. 9, 14 et 'Wilamowitz, Arist. u. Athen' II, 31 sq. et 'Schwartz, Fünf Vorträge über den griechischen Roman' Berol. 1896. p. 148.

3) cf. 'Archiv für Papyrusforschung' I, (1900) p. 257.

4) Longus uno loco pulcherrimi illius mythi memoriam movet: *Γ.* 10, 4: *δέδοικα μὴ ἐγὼ πρὸ ταύτης «τῆς χιόνος» τακῶ.* Compares cum his verbis Theocriti versus id. I, 140: *χὼ Δάφνις ἔβα ῥόον* et id. VII, 76. *εὖτε «Δάφνις» χιὼν ὥστις κατετάκετο μακρὸν ὑφ' Αἷμον.*

('Wilken, Archiv f. Pap.-Forsch. I. 257'): aliquanto autem accuratius is qui fabulam quae est de Psycha et Cupidine concepit, fabellam popularem renarrat. Itaque siquidem Wilckenii coniecturae merito fidem habuimus, dubitare non licet, quin fabula Apuleiana vetustissima, quae memoriae prodita est, Graecorum fabula amatoria contineatur.

Vita.

Gualterus Henricus Antonius Schaller natus sum Glauchaviae anno p. Chr. n. 1876 pridie Non Jan. patre Antonio ludi magistri munere Glauchauviae fungente, matre Mathilda de gente Eger quam ineunte anno 1900 acerbissima morte mihi ereptam esse vehementer lugeo. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum primordiis instructus per tres annos scholam realem quae vocatur Glauchaviae frequentavi. Anno p. Chr. n. 1889. adii gymnasium Cycneense, quod Bernhardo Gerth rectore floret. Ineunte vere anni 1895 maturitatis testimonium adeptus Lipsiae stipendia merui. Deinde in philologica potissimum studia incubui. Docuerunt me viri illustrissimi de Bahder, Brugmann, Cichorius, Gardthausen, Heinze, Holz, Jmmisch, Lipsius, Mayer, Ribbeck (†), Richter, Scheffers, Sievers, Volkelt, Wachsmuth, Wundt. Proseminarii Regii philologici auspiciis Jmmischii per duo semestria sodalis fui, per unum senior; exercitationibus seminarii Regii philologici interfui per tria semestria, per tertium senior. In seminario Regio historico regentibus Wachsmuthio, Cichorio, Gardthauseno per triennium litteris vacare mihi licuit. Paedagogico seminario ut per annum adscriberer Richteri comitate permissum est. Ut societatibus interessem liberaliter mihi concesserunt Lipsius, Cichorius, Gardthausen. Quibus omnibus viris doctissimis, imprimis Lipsio, Cichorio,

Jmmischio quantum debeam nunquam obliviscar. Praecipue autem gratias quam maximas refero Wachsmuthio, qui studiorum meorum benevolentissimus exstitit fautor. Denique semper memor ero, quid amicorum in thiaso philologorum Lipsiensium consuetudini debeam.